













DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 74
COLLECTION





CIVIS CHRISTIANUS,

SIVE

PEREGRINI QUONdam errantis restitutiones.

Lucæ 15. v. 7.

Scitote majorem fore in cœlo lætitiam ob unum sontem, qui redeat ad frugem; quam ob nonagintanovem insontes, qui vitæ correctione non egeant.




ARGENTORATI.

Sumptibus hæredum LAZARI ZETZNERI

Anno M. DC. XIX.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



Viro Christiana nobilitate eminentissimo,

D. WILHELMO à Remchingen, &c.

Illustr. Pr. Wirt. Consiliario; supremi judicij præsidi; Uracensium præfecto superiori meritissimo,

Patrono suo colendißimo,

S. P. C.



Irtutum Tuarum Christianarum publica fama, & laborum Patriæ tot annos impensorum præclara merita, me jusserunt hoc quicquid est sacri conaminis ad arbitrium Tuum exactißimum deferre. Nam cum rarißima pietate Christum *amplectaris, & incorrupto judicio præpolleas, hac Christiana causa* Sapien-

tiæ & prudentiæ *Tuæ debebatur, ut quæ summa laude quondam Magnus Curiæ magister; nunc supremi Dicasterij Præses integerrimus audis, eadem à me, cujuscunq; sortis homine* Catonis Christiani *nomen feras. Oro itaq; quam possum reverenter, censuram* Tuam *mihi negare nolis, qua si forte stem, omnes bonos in sententiam & consensum movebo. Deum precor, ut cum nihil terrenum Tuas pro patria seniles curas adæquet, mercedem & præmium in Cœlis accipias, abundantissimum. Vale in Christo, decus nostræ nobilitatis.*

A. E. E. T.

omni obsequio & observantiâ cultor

Joh. Valent. Andreæ.

JE-



JESUS.

I.

Civis.



NFINITIS errorum ambagibus & vicissitudinibus circumactus & fatigatus miser Peregrinus, cum jam extrema quæque minaretur Labyrinthi Mundani Princeps Satan, propitio Deo mihi, à quo exieram, restitutus sum. Nam cum me alibi quam apud me quærerem, & extra me quod intra erat multis divagationibus investigarem, à Deo, cujus unius hoc est, in Cordis mei penetralia revocatus, jam me domi esse, jam in Patria civem haud ultra peregrinum, liquido, & cum infinito meo gaudio deprehendi. Hic enim liquebat generis origo ex Dei afflatu, corporis fabrica ex Dei manu, nova adoptio ex Dei misericordia, nova disciplina ex

Dei præſentia, ſcilicet Dei me eſſe, non hujus Mundi, innotuit. Itaque non opus erat Deũ & divina alia alibi, quam in pectoris ſacrario quærere, interrogare atque audire, qui minutum noſtrum mundum ea ſapientiâ diſpoſuit & ditavit, ut Maximum illum ad unguem repreſentet, neque admirandorum minus poſſideat. Hic namque Dei opificium in breviarium aliquod contractum Cœli terræque motiones, vires, vices, maximè vero concertationes, & CHRISTI conciliatoris interventum exprimit, ac hominem qui SE NOVIT infinita rerum pulcherrimarum contemplatione adimplet, ut in centro ſuo omnium rerum cõcurſum, omnem etiam egreſſum intueatur, ut omnino dolendum ſit tantam humani generis multitudinem ſui ignaram obambulare, & non tam occultatam tam pretioſam machinam, quam obrutam, impeditam, inquinatam & æruginoſam circumferre, cui neſcio an admonitor deſit, certè ea multorum ſurditas & cœcitas eſt, quæ nullis clamoribus, nullis

nullis demonſtrationibus ſuperari poſſit. quidquid ejus eſt, ego quid viderim & audiverim verè & ſimpliciter recitãdo, quod in me reoepi, bona & Chriſtiana fide exoluam.

Dum etiamnum à Satanæ minis tremo & totus ſtupeo, vox à tergo inclamat penetrantior, & vitalior SURGE, quæ me ſimul in pedes veluterexit, & novo robore animavit: cumq; circumſpicerem iterum inclamat VENI, ac mox cum hæſitarem RETRO ait, ac me totum invertit & avertit, ſive veriùs introvertit. Hic ſub dubia luce anguſtiſſimum aliquod ſacrarium apparet, humilis formæ, oſtiolo arcto, non niſi perimas exiguum, atq; tenebricoſum lumen admittens, quo cum penetraſſem, primum oculi caligarunt, poſtea paulatim viſu emergente, varia virtutum ſimulacra ſemi - exeſa, rudis picturæ & ſculpturæ apparebant, ſapientiæ puta, juſtitiæ, temperantiæ, fortitudinis, prudentiæ, & ſimiliũ, quæ membris plærumque mutilata, & vaſtatione aliqua barbara, confracta erant. Vi-

debam etiam machinæ cujusdã sphæricæ dissolutas rotas & circulos, variarumque armillarum congeriem, & axium, denticulorumq; dispersionem, ingeniosi quondam operis reliquias & fragmenta, quæ nemo artifex iterum restitueret. Sed etiam alas deplumatas, scalas comminutas, trochleas diffissas intuebar, insignis alicujus sed irriti conatus vestigia, quæ omnia sine interprete plurimum confusionis adferebant. Ita ego velut in scrutario foro tot rerum inutilium & corruptarum species & formas admirabar, nescius omnino quo fine hæc absurda congeries coaluisset. Nec tamen hic locus ut Mundi nuper cameræ fœtebat, sed suave quid & gratum redolebat, nec horrebat etiam, sed animabat potius, & bene sperare jubebat, ita nulla mea solicitudine securus varias picturas contemplor, & quid me monitor meus porro velit, maxima confidentia expecto.

Chri-

II.
Christus.

O ineffabilem lucem, quæ ſubitò apparuit! demittebat enim ſe quidam per ſacrarij fornicem humana quidem figura, carne, membrisque nobis undique ſimilis, claritate tamen planiſſime Deus, qui cum totus reſplenderet, ſacrarium longe alio lumine illuſtravit; & quæ me hactenus latebant aperuit, & revelavit. Hic virtutum imagines velut puriſſima cryſtallus relucebant, & admirabili artificio nitebant, imo & moveri, ac vivere incipiebant, nec mutilum quid erat reliqui; omnia integerrima conſpiciebantur. Ita & ſphærici circuli in auguſtiſſimum horologium redibant, cujus motiones hoc univerſum ſtupenda æmulatione exprimebant, & regiminis Divini ideam referebant, neq; ſupererat quicquam cujus non perfectio, & evidentiſſimus uſus proſtaret; ut adeſſe omnia, deeſſe nihil fatendum fuerit. Ipſe verò Theanthropus candēte ſtola ami-

ctus, librum secum adferebat, & crucem quibus sciendi, agendique regulam sanciret, quæ tanto facilius homini allubesceret, quantò minùs ille mole Mundi legum volumina, hæc pondere Mundi onerum trabes adæquabant, sed pueri manu utraque tractabilia erant. Facies utut lucidissima, humanos tamen oculos admittebat, nec terrebat sed recreabat, atque omnino MERUM AMOREM spirabat, & nunquam in Mundo visam facilitatem, exhibebat, ut tum demum erubescens deprehenderim, hunc illum Mundi contrarium, hunc Mundo oppositum esse, quem hic mihi tot injuriis gravatum, exosum reddere, tot ineptiarum accusatum, ridiculum facere, tantæ austeritatis insimulatum, fugiendum & vitandum persuadere nequiter voluerit. Is igitur lenitas ipsa, mansuetudo ipsa, clementia ipsa sic me alloquebatur:

Venisti tandem mi Fili, & Frater, ut quæ ex me dudum audivisti, aliquando faceres. nam cũ infiniti nomen meum agnoscant, & profiteantur, paucissimi

admo-

admodum exprimunt. Christiani multi sunt, Christoferi pauci, Evangeliophori multi, crucigeri pauci, quod ita Mundo persuasum est, satis esse scire quid voluerim. Itaque te amplector, & exosculor, atq; mihi devincio, ut posthac & apparentem videas & loquentem audias: & docentem excipias & facientem imiteris: & monstrantem attendas, & præeuntem imiteris: & suadentem observes, & imperantem sequaris: & agentem intuearis & patientem æmuleris: & facilem ames, & durum feras: scilicet nec librum meum sine cruce, nec crucem meam sine libro, sive doctrinam meam sine exemplo & vita possideas, ac insolubili *Charitatis* vinculo mihi alligeris, cujus tibi hic immensus erit fructus, ut post infamiam honores, post dolorem gaudia, post labores quietem, post indigentiam sempiternos thesauros æviternũ possideas. Simulque *Christus* dexteram suam porrigit, ac arreptâ meâ divino rore me totum irrigat, ablutumque, & cœlicâ mannâ refectum *Suum* esse,

nominari, & manere jubet, cui ego non ut in Mundo quondam trepidans, ſed filiali fiducia lætus: Sume me tibi *Ieſu rex meus*, & Mundo eripe. dic quid velis, & da ut poſſim: jube quod velis, & da ut paream: impone quod velis, & da ut feram, exerce ut velis, & da ut ſufficiam, da quod jubes, & jube quod vis; nihil ego ero, ut tu omnia ſis. dum hæc loquor, quod anguſtum hucusque erat ſacellum, in auguſtiſſimũ ſe templum multis atriis diſtinctum dilatat & hujus univerſi ampliſſimam imaginem exhibet.

III.
Philantropia.

AB uno eſſe, & ad unum omnia templi hujus redire, facile fuit intelligere: nam ut ab Herculis ore quondam pependiſſe ingentem multitudinem ajunt, ita minutis cathenis univerſum genus humanum cordi Divino connexum hic conſpiciebatur. Hoc enim illud *Miſericordiæ* centrum eſt, quod ab omnibus ſeculis Agnum

Paſchalem expiandis Adami delictis deſtinavit, hoc clementiſſimum conſilium, quod fideles omnes in gratiam recipit, hoc charitatis faſtigium, quod ſeſe ſponte ad nos demittit, & accommodat, hoc ſapientiſſimum judicium, quod inter dignos & indignos diſcriminat. Itaque pectus Dei infinitæ virtutis *Magnes* mihi viſus eſt, qui Chriſti ſacratos omnes fidei acubus ſuperimpoſitos ad ſe trahebat ea parte, qua ſeſe ſacro lapidi affricarunt, & propellebat, quod à *Mundi* contactu & contagione erat. Unde & omnium eadem directio, idem ejusdẽ plagæ intuitus, quod non ſinguli capitis ſui delirium ſequerentur, ſed arcano motore regerentur omnes, & ad unum finem obverterentur. ita etiam nõ naturaliter movebantur, alioquin deorſum lapſuri, quod in *Mundo* quotidianum eſt, ſed ſupernaturaliter, ut jam aliud vellent quam volunt, aliudque poſſent, quam poſſunt, dilectionis ſcilicet Divinæ beneficio. Nam quem amoris ſacri affectus trahit, vix ſeipſum capit tantum abeſt, ut

vel ſibi, vel aliis poſſit factorum ſuorum rationem reddere, ſed potius obſequio eo aſcendit, ubi ratiocinationem omnem ſuperet. Ita nihil habet caro quod jubeat, ſuadeat, petat, nihil etiam quod glorietur, omnia ejus ſunt, qui incomprehenſibili ardore humanum genus dilexit, & ad ſe revocavit.

Dum hæc intueor, video multorum cathenulas diſrumpi, atq; ſummo Philantropiæ dolore id fieri. Nam ſi quis cunctantius ibat, aut hamis mundanis implicabatur, aut omnino detrectabat obſequium, ſolvebantur Unionis Chriſtianæ articuli. itaque aut in profundum præcipitabantur, aut hærebãt aliquandiu in luto, aut magno intervallo relinquebantur, ſed omnino aliqui denuo connectebantur. Ea enim Dei natura eſt, ut neminem negligat, neminem abijciat, niſi ipſe ſeſe, ac ſuccurrendi, revocantique pertinaciter recalcitret. hoc enim unum à nobis exigit, ut *Sequamur*, cætera ipſe curabit, & vel ignaros viæ in portum optimus Nauclerus deducet. Facilè itaque ſit nos cæ-

cos,

cos, ſurdos, & mutos Mundo videri, cum nec Deus nos nimis oculatos, auritos, & loquaculos velit, ſed ſalutis iter humili potius obſequio, quam curioſo examine conſtet. Id etiam longe tutius Deo quam Mundo præſtatur, ut qui ſtatus arcana nulla habet, quibus ignari & aliud agentes ſerviremus, ſed uno Charitatis arcano omnia complectitur, ut nos aliquando nobis ereptos, ſibi ſervet & tradat, ac è Mundo eductos in cœlum colligat. Quod immenſum beneficium, mirum eſt pauciores Chriſtianos æſtimare, ac ſcopos alios, alios fines quam Cœlum dum temporis hujus uſura ſuppetit ſive potius captivitatis dimenſum, reſpicere, cum potius relicto mundanis mundo, terrenis terra, vanis vanitate, mortalibus morte, ad noſtram vocationem, quæ ad cœlos invitat, trahit, & ſtimulat, à primis annis ad ultimum usque delirium, omni niſu & ſudore elaborandum foret atque eluctandum.

Divina

IV.

Divina inhabitatio.

NIHIL felicius infelicitate, nihil ignorantia ſapientius, nihil paupertate opulentius eſſe hic reperi. nam quibus Fortuna favet, & Mercurius ac Pluto propitij ſunt, miſerrimè habent, quod opinione opplentur, veri nihil omnino habent. Itaque is demum Deo accommodus eſt, qui ab omni terreno vacuus, cœlum capit. Neſciendum quippe eſt, ut Deum ſciamus, deſipiendum ut Deum ſapiamus, indigendum ut Deum poſſideamus. Mirum eſt nos tanto molimine ea quærere, ac tueri, quæ à Deo arceant & impediant: quod quia Mundus non fatetur, imò potius ad cœlum proficua blaterat, nequior eſt. Hîc aliter mihi monſtratum, nam cum innumeram turbam cõſpexiſſem ad Cœlum peregrinantiũ, acerrimum examen ad Portam inſtitutũ vidi, quod ſubeũdum ſingulis erat. non enim veſtes tantum excutiebantur, ne quid Vanitatis involutum latitaret, & ſarcinulæ diſqui-

disquirebantur, ne quid prohibiti inesset, sed quod planè insolitum, ipsa intestina; caput ipsum & cor evacuabantur, ne quid purulenti Deo sedem suam inquinaret. Quod etsi sine dolore non fiebat, tamen cœlicis medicamentis ita dextrè expediebatur, ut vitam potius auxisse, quam minuisse visum sit. Ac tum in locum olentis liquoris sacra flamma subibat, quæ momento hominem in alium mutabat. qui jam ipse mirari incipiebat, qui potuerit hũc fœtorem ferre, ne dum æstimare, ridereq; suam insaniam, qui inutilibus sarcinis corpus onerarit. jucundissimum utiq; spectaculum fieri momento, quod nullum seculum hîc impetraret, & rude subjectum in nobilissimum quodque organon mutari: balbos superare eloquentiam, opiliones præsidere sapientibus, piscatores convincere philosophos, idiotas erudire sophistas, scilicet sapere insipientiam, pugnare imbecillitatem, abundare paupertatem.

Operæ pretium est audire quam jactabundi sint qui Deũ possident: nam cum

cum ſe homines extollant ob commodatas hujus terræ ſordes, opinionem, nomen, fabulas, ritus, formulas & ſimilia crepundia, Theophori merito habent, quod de inſeparabilibus ſuis & æternum duraturis opibus glorientur. Itaque qui Deum habet, facilè Mundo, universo caret, qui Deum ſcit, facilè mundũ univerſum ignorat, qui Deum guſtat, facilè mundum univerſum nauſeat, qui Deũ opponit, facilè mundum univerſum ſpernit, qui Deum experitur, facilè mundum univerſum ridet, qui Deum amat, facilè mundum univerſum odit, qui Deum ſequitur, facilè mundum univerſum derelinquit, qui Deum adhibet, facilè mũdum univerſum ſuperat: quod ſane tanto magis inſolitum videri debet, quod nihil ejusmodi, cujus mundus æſtimationem habet, apparet, ſed ſimplicia, humilia egentia, obſcura, debiliaq; omnia proſtant, & riſum movere potius, quam minari mundo poſſe, condolentiam quam invidiam mereri potius credantur. Solet enim *Mundus* non minus ja-

ctare Deum, cœlum, Christum, Evangelium, sed quæ absque mundo, id est vanitatis appendiculis esse non possunt. ut omnino constet larvas esse, idola, simulacra, quæ externa figura Divini aliquid representent, interna massa inanitatem impuritatemque prodant. majoris enim opulentiæ est habere Deum, & expectare cœlum, quam ut cærimoniarum, consuetudinum, alimentorum, titulorumque *Mundi* indigeat: majoris securitatis est, quam cui addere aliquid, demereve Orbis universus possit: majoris vitalitatis est, quam hujus universi periodus affligat, enecet, terminet: majoris amplitudinis quam ut hæc omnis ac prægrandis machina capiat.

V.

Ens.

NEque tamen ita Deus suos hujus mortalitatis legibus eximit, ut nihil habeant, aut debeant, quod agant, quin potius terræ hujus scandala & offendicula esse jubet, ut omni vita propemo-

pemodum omnibus displiceant. Id ergo ne noceat insigni Privilegio munitum est, quod quadratos suos optimus Creator facit, ut quocunque jactati semper sibi insidant. unde quocunque vertas verum Christianum, semper sibi similis est, nec minoris arbitratur paupertatem, quàm opes, aut majoris honores quam infamiam, sed æqualiter bona judicat, rectaque, ubicunque Dei manum & voluntatem agnoscit. Nam quæ *Mundus* fortunæ & infortunij nomina habet, ille penitus ignorat, omnia auspicata credens, quæ Divino jussu fiunt. Sive igitur imperare velis Christianum, sive parere, sive docere sive discere, Sive abundare sive carere, semper eodem vultu ibit, eodem animi æquilibrio aderit novit enim non hujus terræ esse, quod in votis habet, interea vero velut inter captivos aliqua tædij fallendi ergò ex composito instituì, in quibus parum inest, quam sortem accipiat, cũ omnia ad spes suas collata, minimi sint. Neque certe fieri absque insigni stultitia potest, si felici-

tatem

atem noſtram temporis hujus brevisſima periodo definiamus, cum æternitas aliquãdo hæc omnia abſorptura ſit, una noſtra inſania in exprobrationem ſuperſtite, qua vitæ noſtræ momento nimis nos afflixi̇mus, nimis de famâ & præeminentiâ fuimus ſoliciti. Cui verò ſatis eſt quod Deus aſſignat, ac arbitrium divinum abunde honorificum, is ſupra omnem Fortunam elatus ſecurè Cœlum etiam hoc aſtriferũ, & terram tempeſtuoſam negligit, certus invito Deo nihil fieri, volente Deo impediri nihil poſſe, atque omnino qui hic dicamur, videamur, penitiſſimè nihil, quid revera in Deo futuri aliquando ſimus, plurimùm referre.

Vidi tamen, dum accuratius cubos Chriſtianos intueor, varias notas impreſſas, ac inter eas coronas etiam ac ſceptra, quas maximi in rem Chriſtianam momenti eſſe monitus ſum. Nam cum ſocietate inter nos & re aliqua cõmuni carere neutiquam poſſimus, permagni intereſt, ut non tantum interno Dei conſenſu, uniamur, ſed etiam ſub

præ-

præclaro aliquo capite, cujus divina dona emineant, conjungamur, cujus imperio rectissimus Dei cultus, integerrimi mores, & ingenij nobiliores fœturæ curentur, ac selectissimis quibusque administris propagentur. Hic unus optimus mille bonis prodest, & ad Deum promovet, ac Christianam societatem infinitis beneficiis beat. nã cum non omnibus, imò paucissimis Deus dederit, bene imperare, bene obedire pluribus, hoc sapientissimo vinculo: quod nunquam non cœlitus ornatum evidentissime est, optima quæque eliciuntur, disponuntur, & in rem communem conferuntur, quæ alioquin perpetuo latitarent. Quo etiam nomine tot diversa donaria Deus dispersit, ut miranda varietate & multiplicitate domus sacra, sive Civitas cœlestis ornaretur, omnibusque civibus communis fructus atque usus cederet. Atheu Mundo, qui consilium Dei ut plurimum mutavit, & imperia format, quæ Cœlici nihil redolent, quæ optima quæque corrumpunt, vel concul-
cant;

sant; quæ libertatem Christianam subjugant, nec nisi maxima & inexcusabili licentia, fastu, & libidine constant. Unde mirum non est optimum quemque à Reipublicæ tractatione abstinere, quæ in hac seculi impuritate plurimum carni, minimum spiritui, plurimum verbis, minimum operibus, plurimum inanitati, minimum soliditati, plurimum Satanæ minimum Deo integrè & sincerè servit.

VI.

Angelorum custodia.

ETsi verò nihil æque nudum & omnibus periculis expositum videtur quam piorum cœtus, ego tamen longe munitissimum sum intuitus, cingebatur enim muro igneo, quem cum propius contemplarer, vivere vidi, & multis angelorum myriadibus constare. Nam quæ Satanæ virulentissima potentia est, nunquam res Christianorum in tuto esse possent, nisi hoc sacro vallo excluderetur, & in suum illud malignitatis regnum detruderetur. Neque

que

que tamen quisquam explicabit, quibus dolis & insidiis hic urbem piorum obsideat, quam indefesso studio omnibus, quotquot mœnia egrediuntur, inhiet. Itaque propitio Deo additi sunt singulis, singuli custodes, quos monitores vocant, quorum fidelitate simpliciores periculorum, laqueorum, fossarum, & insidiarum cunctarum admoneantur. Horum candore nihil candidius, integritate integrius nihil est. Cum enim in amoris Centro Christo conspirent, Christianos omnes ardentissime complectuntur, & commodis eorum afficiuntur maxime. Unde etiam de immenso decore generis humani gratulantur, quod summus Deus homo factus, sive *Verbum caro* factum sit. Sed cavendum ne sordibus offendantur, sunt enim puritatis & suaveolentiæ studiosissimi Spiritus. itaque vitiorum inquinaméta adeo abhorrent, ut societatem & comitatum talibus omnem denegent. quis etiam dubitet, conversationem inter valde dissimiles esse non posse, & cum ille laudare, honorare,

norare, audire, ſequi, amare, aſſueverint, inter eos qui Deo injurij ſunt eſſe velle. quæ opinio multos fefellit, cum Divinam cuſtodiam inter media inquinamenta ſibi pollicentur neſcij tum demum nos Satanæ patere, cum flagitiorum fœditate Angelorum contubernium fugavimus.

Non reticendum eſt aliud nobile hujus ſacræ ſocietatis beneficium. Vidi enim eam non à malis tantum avocare, ſed ad bona quæq; invitare, ea ſuggerere, & in optimis atque adeo reconditis Dei myſteriis erudire. nam cum velamen carnis nihil ſacros genios impediat, & Dei faciem intueantur, nihil eorum latere eos quit, quæ homo devotus, & veritatis avidus expetiſcere poteſt. Et hæc ſchola omnibus hujus terræ præſtat, quæ niſi à poſteriore ad priora fodicare, nec conjecturis felicius judicare poteſt, quam de Solis lumine cœcus. illi verò quæ coram intuentur, & in ipſo Deo legunt, hominibus ſi per ſupremum Numen liceat communicant, & futura etiam Dei

mandato revelant. Hoc illud eſt, quo
omnem humanam ſapientiam ſtup
facit, cum videt ſimplici homuncio
Orbis terreni motiones patere, ac mu
torum ſeculorum rotationes jam in
notuiſſe. Videre jam, & nominare fu
turos reges, & mundi capita, Eccleſi
luctas, Antichriſti virus, lucis tenebra
rumque vices, quæ nulla aſtrorum p
ritia, aut divinationum ſagacitas inda
gare potuiſſet. Sed etiam Naturæ ſecre
tiora his præceptoribus reteguntur
quæ nunquam humanam induſtriam
admiſiſſent, & artificioſæ invention
ſuppeditantur, quibus homo ſæpiſſi
mè ſe ipſum tranſcendit, & cœlis inſi
nuat, quæ certè cuncta ſunt ejuſmodi
ut nunquam ſatis grates referre De
humanum genus poſſit, quod tot ſub
ſidiis ex hoc cœno ſublevatum, to
præſidiis tectum, tot immunitatibu
& ornamentis donatum ſit, quæ quiſ
quis negligit vel ſpernit, hoc ipſo ſe D
muneribus & beneficiis exuit, ac a
lutulentam beſtiarum communitatem
iterum præcipitat.

Verum

VII.

Verum.

SEd jam tempus erat, ut ſacræ uni-
verſitatis particularia intuerer: ubi
mum omnium occurrit *arx verita-*
, ex ſolidiſſimo juxta & lucidiſſimo
amante conſtructa, forma rectangu-
i undique ſibi correſpondente. Tur-
in medio invicta erat, cum inſcri-
ione: *Ipſe dixit*, portæ arcis tres, cùm
ulis, *præſens*, *præteritum*, *futurum*, re-
qua admiranda quis enarret omnia?
ebant autem plus millies impugna-
m, nunquam læſam eſſe, ſed nume-
ſiſſimos quosque exercitus fregiſſe.
que tamen apparebat ejus roboris,
præter *ſimplex*, *rectumq́;* ars omnis
elegantia aberat. Obſtupui cum vi-
quam inviolabili fide omnia hic a-
nda ſint, quam ſimpliciſſimis ver-
s omnia conſtent, quanta brevitate
nnia expediantur. Unde magis ſor-
re cœpit, quæ ſe in mundo jactat ve-
as, cum tricæ ejus, ambages & lubri-

tas in mentem venêre, nihil opus est tantis hiatibus, nuda veritas satis tuta est: cui quisquis fidit nullum hostem habet, quicquid hostile is tentet qui arundine murum aheneum impetit. Cujuscunque pectus enim vero obfirmatum est, hunc omnium hominum contradictiones, & persuasiones loco non moverint. quin etiam mors frustra ei intentatur, qui à *vero* edoctus se novit immortalem. gaudet enim hoc modo superare, & moriendo vivere. Dum itaque Mundus & fallens & falsus singula verba trutinat, examinat, explorat, committit, confundit, tandemque reijcit: Christianus Dei vocem audit, imbibit, concoquit, & in succum convertit, cujus eam dulcedinem, nutritionem & roborationem experitur, ut merito doleat insipidum Mundi palatum tale quid nec gustare quidem, nedum ferre posse, sed vano præjudicio id dedignari quod piorum linguæ sapidissimum, & omnibus terræ deliciis præferendum testantur.

Quotquot in hac arce sunt uni Deo sub-

unt, quod fruſtra olim à Philoſophis
ffectatum, unis Chriſtianis datum eſt.
am cum omnia hominis conſtringi,
bligari, & ſubiici poſſint, præter unũ
ectus auſi quidem ſunt Mundi ſapien-
es id ſolutum ſervare, ſed turpi errore
emet opinioni ſubiicere, quæ non mi-
ùs illiberaliter habuit. At Chriſtiani,
ui cætera ſerviunt, ut cor liberum eſ-
et Deo tradiderunt, cujus beneficio in
eritatis propugnaculo veriſſima li-
ertate gaudent, & niſi Deum, ſuperio-
em nullum agnoſcunt. Hinc eſt, quod
nundi minas rident, imperium detre-
tant, blanditias ſubaudiunt: Hinc eſt
uod parvi externa omnia faciunt, cũ
ntèrna eripi non poſſe, ſciant: Hinc eſt
uod ubique faciles & tractabiles, in
no cordis privilegio immobiles ſunt.
O beatum ſervitium quo liberius ex-
ogitari nihil poteſt, ubi *Homo* tantum
Deo ſervit, de reliquo ſolutiſſimus! ô
nfelicem libertatem, qua ſervilius ex-
ogitari nihil poteſt, ubi *Homo* tantum
Deum reiicit, de reliquo devinctiſſi-
mus! ſcilicet ubi creaturis ſervimus

quibus imperandum erat, & Deo re-
pugnamus, cui parendum erat. quo
infelicitatis ſive inſaniæ humanæ pun-
ctum eo formidabilius eſt, quo occul-
tius nobis inſidiatur, & ſub ſpecie li-
bertatis veram illam cordis immunita-
tem it ereptum. itaque nunquam extra
Veritatis clauſtra pedem efferamus:
quæ una dolos omnes pudefacit, eiusq;
mandata unice audiamus, qui verè no-
bis imperare & debet, & poteſt, nec ta-
men vult, ſed liberali potiùs converſa-
tione, & charitate mutua nos libertos
ſuos fovere, evidentiſſimis documen-
demonſtravit: cumq; præſtet eſſe man-
cipium Dei, quam orbis terrarum Mo-
narcham, quis Dei familiaris & amicu
eſſe renuat?

VIII.

Evangelium.

VIdere eſt in hac arce tabulam ex
purpurea gemma, digitis De
ſcriptam, & cœlitus demiſſam, quam
Evangelium nominant, ſive *Miſericor-
diæ* teſtimoniũ. Ea duobus titulis ſum

man

nam omnem exponit, uno, *Crede*, al-
tero, *Dilige*. Ac prior quidem mali no-
ſtri infinitatem nobis exprobrat, cui
niſi per immenſum ſuccurri non po-
tuerit. Hic miſſus ad nos novo fœ-
dere ſive teſtamento, quod gratiam
promittat, atque adeo exhibeat, omni-
bus qui vero dolore morbi ſui tangun-
tur, & remedium univerſale fideliter
applicant. Cujus fidem coram ſum in-
tuitus, cum ingens multitudo afflicto-
rum, & ſub variis morborum ſpecie-
bus gementium accederet, & infelici-
tatem ſuam ſerio deploraret. Vidi hic
lachrimarum imbres, & ſerium demiſ-
ſumque pudorem, ac profundam & in
pectore natam pœnitentiam. non lin-
gua hic obiter aliquid deproperabat,
ſed imis ſuſpiriis & ſingultibus corpo-
tius quàm os loquebatur. Id tamen
præ reliquis notabile erat, quod maxi-
ma fiducia omnes accelerarent, nec
quiſquam vel deſperatiſſimo morbo
de medicina dubitaret. cumque in ſpe-
ciem amarior eſſet panacea, quã mul-
torum debilitas admittere poſſe vide-

retur, neminem tamen extinguebat, sed purgato corpore alacriorem animam paulo post erigebat. Ita nempe supremus Medicus myrrhopotirion ex se ipso confectum temperavit, ut cujusvis naturæ conveniret, omnibus tamen carnis voluptates amarescerent. quibus è corpore evacuatis, mirum quam sub *Fidei* confortamine omnia in integrum restituantur: ut abjectis Adami exuviis, detorsâ cutis leprâ, siccato Mundi hydrope, membrorumq; agilitate reddita, novus homo, sive sanatus Christianus emergat, vigeat, vivat.

Hinc novus dilectionis ordo exoritur, qui non tantum Deo se plurimum debere, sed ob hunc etiam cuivis homini obligatũ agnoscit. quid nî enim, qui supra omnium hominum sortem elevati sunt, supra communem mortalium morem aliquid exhibeant, & cũ Philosophorum singulorum dogmata suos ab aliis singulari aliquo charactere distinxerint, Christo non liceat, inusitatum quid, mitissimum tamen & facili-

silimum imponere. id *Charitas* eſt, omnium quod ab homine exigi poteſt jucundiſſimum, & tranquillitati animæ convenientiſſimum. Nam quæ odij & invidiæ moleſtia, qui cruciatus ſint, nemo niſi expertus explicabit, quæ dilectionis voluptas, unis Chriſtianis cognitum eſt. Itaque in Dei contubernio, quotquot Chriſto nomen dederunt *amoris* teſſeram habent, quo non tantum amicos, ſed inimicos, ſed hoſtes, ſed implacabiles ſuos complectuntur. Cum enim infelicius terra nihil, & miſerius homine impio & damnando viderit, decet omnino Chriſtianam manſuetudinem condolere fratri, ac quoquo modo malitiam ejus, quæ facilè irritatur, minuere. Interim ſub hoc exercitio Chriſtianus proficit, nec tam turpitudinis exemplo deterretur à malo, quam patientiâ humeros bono aſſuefacit, ac ſupra hæc cuncta Dei judicium expectat. Contrà bonorum mutuo amore nihil hîc habet jucundius; nam qui eundem Chriſtum inter ſe poſſident, ac ejusdem donariis

perfruuntur, facile reliqua etiam mundi hujus honoraria, five munuſcula cõmunicant, atque vitæ hujus uſum ita inſtituunt, ut quæ omnibus adſunt bona, ſingulos afficiant: quæ ſingulis mala ſunt, inter omnes diſtributa minus onerent, atque ita alter alterius onus ſublevando *Legi* Chriſti ſatisfiat, qui id unice quærit, ut (quod ipſis nobis affectandum erat) quam pacifice & commodiſſimè inter nos vivamus, & habeamus.

IX.

Bonum.

AT cum ea ſit noſtri mali fœcunditas, & undique etiam vel non cultum vitiorum germina protrudat, omnia Deo debemus, qui ut nos ſalvet, totam peccati arborem diſſecat, & novos plane bonitatis ſurculos ſtipiti inſerit. Hoc eſt quod vidi auferri cor lapideum, & dari carneum, abſcindi malitiæ ſtolones, foveri novarum virtutum propagines. Hæc illa novi fœderis

circumcisio est, cum non quid caro dictet, sed quid spiritus jubeat, non quid Mundus velit, sed quid Christus præcipiat controvertitur. Frustra itaque Mundus bonitatem affectat, cujus radix, & quicquid inde, pessima: frustra Christianus sibi metuit, cum alieni succi non sui sit, quicquid boni propullulat: ita etiam nec mundus bonum se esse probabit, nec Christianus gloriabitur: sufficiat nihil à Mundo velle discere, nihil docenti Christo detrectare, cujus unius est pangere plantas, & exigere fructus. Viderint autem qui hodie omnem peccandi licentiam, imbecillitate sua excusant, an nihil monenti & ad meliora ducenti Christo debeant, viderint qui alieno merito redemti verè sunt, an ad omnia simul scelera sint admissi. viderint qui imperfectionem humanam accusant, an restitutione Christi nulla modestia, nullum temperamentum morum nobis injunctum sit: viderint qui Mundi legibus parent, an Christi regula nullum mereatur obsequium. Eheu opprobrium Christia-

norum, qui verbis saluberrimis se obtegunt, & factis nefandis se produnt, & ut paganis moribus vivere liceat, Christianæ prærogativæ renunciant: ut malitiam excusent, bonitatem expellunt: ut virtutibus nihil debeant, vires etiam novas, etiam à Christo submissas, etiam bonorum societate suffultas negant. Ita vivunt multi ut tædeat Christianos esse, Ecclesiam pudeat, Christum misereat: ita vivunt multi Christiani, ut ab iis quam procul abesse expediat.

Sed nisi fallor causam reperi, cur illis minus libeat esse bonis. nam dum curiosius omnia collustro, quotquot bonitatis nomen profitebantur, moriorum cucullos, jubente ita supremo rectore, subibant, quod Mundi status ita ferret, ut quisquis hîc saperet, malum non effugeret. cumque mihi permulti præclarissimorum donorum possessores agnoscerentur, usque tamen adeò mundo desipere videbantur, ut effusissimum risum ferrent. Hoc quia non omnes æquo animo admittunt, & simulatione quadam imponere Mundo

entant, ſeipſos turpiter decipiunt. Vult enim Deus hanc ſuorũ infamiam, cum ipſos ſatis honorum aliquando expectet, & mundi ludibrium in horrendas lamentationes ſit deſiturum. Sunt autem nomina, atque conficta nomina, quæ bonis Chriſtianis ſine re imponuntur, ut deliri, turbatores, & intolerabiles audiant, usque dum ad Chriſti tribunal vanitas & iniquitas eluceſcat, autoresque turpiter convincat. Id ſi quis operiri nolit, ac injuriam nullam ferre, næ ille delicatus nimis Chriſtianus eſt, & Chriſti ſignaculum minus æſtimans. Nam quis credat Martyrum Chorum ex aliis hominibus, quàm, ſi Mundo credimus, meris maleficis conſtare, cum Chriſtus ipſe velut maximè ſons & pernicies populi, extremo ſupplicio ſit affectus. Ita nos, quotquot Dei negotium tractamus, *Hoc agamus*, parum curantes quam ſtulteſcamus & ſordeſcamus Mundo, quam inviſos nos, noxios, & ſceleratos in oculis eius iniquiſſimis reddamus. Satius namque ſit ita deſipere, ut perdendo viliora lu-

cremur optima, quàm quisquiliis hujus Mundi ditati, rem omnium pretiosissimam & inæstimabilem, *coronam* gloriæ perdamus.

X.

Decalogus.

LIberos utique liberos suos Deus habet, sed minus licentiosos, itaq; limitibus quibusdam sacrum septum terminavit, quorum decem annotavi. Ij tantæ sunt æquitatis, tantique cum Natura consensus, ut nihil dari potuerit rationabilius, cum interim Mundi leges indigna quæque & absurdissima exigant. Cautum itaque est, ne quisquam Christianorum, nisi Deum suum unum admittat, cum hic omnium loco esse possit, ac clementer velit: ne quisquam lingua sua Deum impetat, aut impugnet: ne animæ quietem assignatam neget aut interturbet: ne Parentum merita defraudet: ne sanguinem humanum fundat: ne conjugij vinculum solvat vel puritatem polluat: ne

alie-

alienum possideat: ne veritati obsit, falsitate noceat: ne tectum alterius appetat: ne supellectili proximi insidietur. His terminis conclusum est bonorum contubernium, quorum brevissimus complexus est *Conjungi Deo, & optimè velle fratri*, quo Religio omnis & Politia constat, ac felicissimè administratur. Neque enim qui Deum toto corde, tota anima, totisque viribus diligit, opus habet, ut instruatur, quomodo ac quoties Deum honoret, adoret, colat, sed hæc ipsa *unio*, & paratissimum obsequium Deo gratissimum holocaustum est, hæc ipsa animæ resignatio sacrum est sacrificium: Ita qui fratrẽ vel ut semetipsum diligit, nihil Politicorũ præceptis indiget, quomodo non lædat, & jus suum tribuat, sed animi propensio, & amoris dictamen sponte omnia ac supra cuncta honestatis requisita suggerit, quid boni in singulos cõferendum. Maligni hominis est legem quærere, & quid deceat, velle ex tabulis scire, cum nos Dei in pectore de-

giti convincant, quod expetimus nobis, idem deberi aliis.

Non ſinit autem Deus in regno ſuo unum omnibus imperare, ſed pluribus hoc arduum negotium commiſit: nam cum omnium hominum optimum, & perfectiſſimum eſſe oporteat, qui omnibus præſit qualem nemo unquam niſi *Chriſtum* vidit, aut viſurus eſt, Monarchæ nomen uni Chriſto relinquatur, nos veto in membra diſtincti publicæ rei optimâ fide provideamus. Mundus ſanè ſua ſibi capita habeat, cujuscunque magnitudinis velit & vaſtitatis; hic in miuuto hoc imperio tale quid nihil reperi, cum quia unus homo tot rerum curæ non ſufficit, tum quia ægerrimè ab exceſſu abſtinet. Satius autem ſit, dum carnem humanam nondum exuimus, alterum alterius authoritate cohiberi, viribus adjuvari, conſiliis regi, laboribus ſuccedaneis ſuffulciri, quam ſupra conſcientiam vires, vigiliasque jactitare: Niſi credamus, poſſe Chriſtianum credere, ſe huic oneri quod mille laborioſiſſimos fatiga-

fatigare poteſt, parem eſſe, ac non potius ſponte laboris ſocios requirere. Enimverò res noſtræ ita habent, ut quocunque excellentiæ humanæ loco, defectus noſtros accuſare, & pro perfecto, minus imperfectum admittere, habeamus neceſſe. Itaque permultum intereſt ne vel nos noſtraque omnia uni credamus & ſubmittamus, vel unus omnium in ſe curam & protectionem ſuſcipere auſit. Chriſtum potius adoremus, ut is nos verbo ſuo regat, atque præclara membra ſuppeditet, quæ in Chriſtianæ rei incrementa ipſe dirigat, nosque tractabiles faciat, ne dum duram frontem & rigidam cervicem obiicimus è medio noſtri excitemus exactores & publica flagella Dei, quarum immanitate noſtra inhumanitas frangatur, & nodus malus, malo diffindatur cuneo.

Unum

XI.

Unum.

EST ea Dei unius voluntas, ut dum Mundus varietate ingeniorum ac opinionum delectatur, ac omnino cōtrarietate constat; ipse Unitatis regulam suis proponat, & ad unam normam omnes componat. Vidi itaque homines Deo sacros ad mensuram aliquam exigi, ut quod abundaret vel deesset singulis, demi addive posset. Usque adeo Deus unitate gaudet, ut idem sentiant, idem velint, idem credant, idem loquantur sui omnes, quoniam ab *Uno* spiritu edocti sunt omnes, mirandumque est, homines nunquam inter se visos auditosque ad unguem alterum referre alterum, ac utrumque idem sonare, idem redolere, ac si gemelli nati fuissent. Quod *unionis* Christianæ maximum mysterium est, atque omnino *æternitatis*, ubi uno, consonoque spiritu omnia peragentur, præludium. Ita *unum* est ac idem, quod Deus in utroq; fœdere suo voluit, ac inter se exactissimè

mè

mè conveniens: Unus Messias omnibus salvandis vitam & cœli hæreditatem impetravit: Unus Doctor spiritus idem semper urget, ac inculcat Ecclesiæ, *Fidem vivam.* Una etiam eadem orbis hujus actio est, quæ utut personas & scenam variè mutet, semper redit, ac quod mireris facie triplici. Habet tamen hoc Deus proprium, ut velut Solis lumen ascendere & descendere jubet, ita obscuriore & clariore lumine lucere res suas, oriri & occidere vult, quas vices ut nemo impedire potest, ita vix quisquam, nisi à Deo edoctus, introspicit. Unde multi & dispellere tenebras, multi etiam impedire jubar frustra conantur, & ausis suis immoriuntur. Illi demum sapiunt, qui res suas cum Deo unitas habent, cui uni licet educere & reducere suos, nobis ad nutum sequi expeditissimum est.

Mirari oportuit, cur minus hic fiat veritatis concertatio, quàm in Mundo: ita enim omnino persuasum est multis, plurimum Deo dari, si de eo inter nos fortiter contendamus, & multa ratiocinatione

natione res ipsius astruamus. Neque certè non necesse est ob Satanæ loquacitatem, qua Divina oracula in dubium vocat. Sed omnino modus desiderari posset, quo pro unitate non nosmet in tot partes divideremus, & qui in plures particulas secare nos potest haud haberemus miraculo. Certè qui plurimum disputando fervent, opere tepent ut plurimum, & qui verbis rem Christianam rigidissimè tuentur, re ipsâ frigidissimè haud raro perdunt. Expedire itaque vidi rem Divinam satis jam firmatam, religiosè asservari, & omni conatu ita defendi, ut in nobis sarta, tectaque eluceat. Ita nos electos testabimur, si optima eligamus, ita baptizatos, si fœderis reminiscamur: ita sub fide salvandos, si simus Christo fideles, ita à Christo pastos, potosque si ab eo saturemur, ita ab Antichristo liberos, si jugum non recipiamus, aut inter nos novis oneribus deprimamur. Est enim præpostera disputandi ratio si id evincamus, quod ab omni nostra vita est alienissimum; & con-

& confligendo fugemus, quos adducere decebat, & Veritatis evidentia allicere; & maledicendo simplicium superstitionem corrigamus, quæ recta vitæ regula, & mitissimi Christi æmulatione ad verum Dei cultum reflectenda foret. Ita vanissimè multi incalescimus, semper quidem Dei causam obtendentes, sed revera carnis vel ambitioni, vel impatientiæ vel deliciis etiam sub intemperato Zelo servientes, rectius facturi, si quod bonum agimus, verumque credimus ipsi, aliis persuadeamus.

XII.

Harmonia.

NEmo jam dubitabit, quam suaviter inter se vivant, qui in Deo unum sunt, sed magis id fateantur, si Harmoniam quæ inde exoritur, detur exaudire. Nihil enim hic orbis terrarum habet consonantius, quam ubi Sacer spiritus Organa sua pulsat, & variorum

dono-

donorum mixtura, Divinum melos concinere jubet. nam ut Mundus ille rusticus dum bachatur quot ora habet, tot ululatus, ruditus, boatus & consimiles ingratas voces edit, ita bonorum Musa quotquot habet fauces, ad unum sacrum Hymnum contemperat, & suavissima melodia Dei aures permulcet. Nempe ita est, ut quotquot hanc terram incolimus Christiani, velut unius corporis membra omnium sanitati, saturitati, & curæ nostra debeamus, neque unquam tolerabile, ut pauci abundent, plurimi contabescant; pauci emineant, plurimi conculcentur; pauci sapiant, plurimi desipere; pauci otientur, plurimi laborare cogantur. Quæ hæc inter Christianos proportio est, quæ rationabilitas? hunc nasci ad omnes delicias, & his sine publico usu vitam conterere: alium ne per merita quidem & labores emergere posse! Huic licere omnia mala; illi ne bona quidem facere licere? Nunquid non barbaries hæc est, haud Christianismus, qui suadet ita dispensare terrena bona

bona, ut iis res publica magis, quàm nos ipsi, perfruatur. Oeconomos nos Deus vult, qui, quo plura accepimus, eo difficiliorem rationem debere agnoscamus, ut qui nobilis virtuosior, qui dives liberalior, qui eruditus docendi, qui ingeniosius laborandi peritior & paratior sit, omnes in eo conspiremus, ut minoribus depositis ad majora Christianæ rei lucra utamur, ac vel minimis donis maximum quid in cœlis fœneremur.

Non possum dissimulare, quid hic etiam insoliti animadverterim. Nam etiamsi Christianorum unus est Deus, unus baptismus, una fides, & hinc inter se insolubiliter omnes coaluerunt, tamen privato fœdere quosdam in unum quasi conflatos deprehendi, non Antichristiano aliquo glutine, aut mũdanâ conspiratione, sed animorum inter se similitudine, & ejusdem consilij consonantiâ. Id vocabant *amicitiam Christianã*, quasi Christo parario idem volentes, idem ambientes convenerint, atque pium aliquid animæque ex-

pediens

pediens unanimiter meditarentur. Itaque in commune conferebant, quicquid Deus singulis distribuisset, & omnium erat, quod singulorum: quod singulorum, omnium. Et id omne eâ fiebat tum liberalitate, tum libertate, ut imperare omnes, utut sibi mutuò servirent, dixeris. Æqualitas cum superioritate; superioritas cum æqualitate honor undique voluntarius, voluntas honorifica. Et sanè multum compendij rebus suis attulisse mihi visi sunt, cũ nemo unus omnibus, imò vix multis rebus sufficiat, nisi cum pluribus unus sit. Hæc unitas eruditissima potest esse, opulentissima, fortissima. Nam quamvis hic Mundus magna corpora jactitet, tamen ubicunque intimus consensus, quem unus dare Christus potest, abest, arena sunt sine calce, & palearum potius acervus, quam solida moles. Hic Christus centrum est, res Christiana circumferentia, ipsi radij, qui in uno conveniunt, & ad eandem se explicant, ut quicquid Christus docuerit, rei communi cõmunicetur, quicquid

res

is communis habet amplitudinis, ad Christum principem referatur.

XIII.
Beatitudo.

TEmpus monet, ut ipſum ſacri fani penetrale explicemus, id *ſummum bonum* eſt; non philoſophicum illud ſomnium, quod tamen quis meritò humanæ rationis faſtigium dixerit, ſed gratiæ Divinæ complexus, & *beatitudinis* internæ poſſeſſio. Hoc Regnum Cœlorum Chriſtus ſapientiſſimus interpres dixit, cum humanum pectus infinitos theſauros Divinæ bonitatis apud ſe concluſos & depoſitos gerit, quos indagare & explicare ineffabilis voluptatis eſt. Concredidit enim Deus cordi devoto Cœli epitomen quæ demum vera *Autarcia* eſt, cujus poſſeſſores in ſolidum *acquieſcunt*, nec indigere unquam poſſunt. Unde alij res ſuas omnes in hanc margaritam prodegerunt, daturi eadem facilitate Mundi monarchiam ſi Deus exigeret: alij hoc unione divites corpus ſuum etiam ab-

icerunt, mille mortes eadem prompti-
tudine ſubituri ſi Mundus inferat: alij
hac gemma beati ſui ipſius obliti, in
nihilum redierunt, & Divinitati ſemet
immerſerunt. Hæc illa dulcedo eſt,
quam quisquis deguſtat, nulla volu-
ptate affici, nulla triſtitia deijci, nullis
blanditiis capi, nullis minis terreri, nul-
lis honoribus attolli, nullis ſuppliciis
affligi, nulla vita delectari, nulla morte
angi poteſt; ſed undique intra ſe ſatis
habet, de nulla re alia ſolicitus. Eat
Mundus ſurſum, deorſumve, vel in ſei-
pſum collabatur, hic nihil ad ſe perti-
nere ait, cum cœlo ſalvo omnia ſalva
habeat. Feliciſſima utique opulentia
quam vis nulla ſuperare, dolus inter-
vertere nullus poteſt; quæ admirabili
viciſſitudine res Univerſi omnes in
punctum contrahit, & ex puncto in
immenſum diducit, ut nemo minus
Solus, quam Chriſtianus cum ſolus eſt,
verius dici poſſit, ſcilicet cœlo comita-
tus.

Haud abſurde quondam Plato opi-
natus eſt, *res omnes in homine latere;*
quæ

uæ si monitor accedat paulatim se ex-
tant: Sic enim omnino est, nisi quod
essima quæque in hac mali scaturigi-
e sepulta sunt, quæ facili motu eruun-
ur, meliora nisi à Divina irroratione
uspiam apparent. Cæterum ubi Chri-
us cor reformavit, & informationi
abile fecit, nihil tam varium habet,
ut ingeniosũ orbis bibliotheca, quod
ic cordis puteus non contineat, ex
uo artium, scientiarum, inventionũ,
neditationumque aquas inexhaustas
icet haurire, & rem Christianam largi-
er perfundere. Hîc fons vitalis Mun-
um attonitum facit, cum videat alia
tque alia mysteria, & magnalia Dei
rofluere, nec siccari tam divitem ve-
am, cui tamen inanitatum suarum
nare nihil conferat. Est enim revera
ndigentiæ aliqua species omnia ab ex-
erno intuitu & circumstrepente voce
nutuare, nihil ex cordis sui thesauro
epromere, licet hac pauperie in Mun-
o nihil sit frequentius. Videas emen-
icata exempla, consuta verba audias,
um multum præstiterunt, alienũ est,

nihil ſuum. Nondum quippe didicerũ ex quolibet cibo ſuccum facere, unde minus concocta fercula, egerunt. Sed ita Mundus ſuos aſſuefacit, ut niſi præ-manſa nihil edant, & ſtridula rerum ſuarum reciprocatione vitam trahant. At filij Dei quicquid contingunt in ſpiritum cõvertunt, ut jam planè novum & inuſitatum appareat. Eſt enim Dei cohabitatio verus ille benedictus & admirabilis *lapis*, qui non tam omnia impuriora in puriſſima transmutat, ſed etiam in infinitum multiplicat.

XIV.

Paracletus.

ISta tamen altioris ſcholæ ſunt, & ſublimiorem Præceptorem exigũt, qui Sacer ſpiritus ſe amica voce *conſolatorem* nominat, ut illuſori illi immũdo ſpiritui oppoſitus appareat. Non hic ambages ſunt, & ludibria, quæ curioſitatem ut digna eſt, excipiant, ſed rectiſſimæ lineæ, ſive *indices* religioſis deſideriis conceſſi: non hic conjecturæ ſunt aut divinationes, ſed axio-

mat

mata & demonſtrationes: non minuti lychni hic ſunt, ſed ſacra flamma, quæ omnia colluſtrat: non infecta perſpicilia hic ſunt, ſed oculi ſolis radios ferentes, & ſolida quæque penetrantes. Hîc hic opus eſt raſa tabula, quæ nullos Mundi characteres, nullas terræ lituras & literas, nulla Satanæ ſtigmata habeat, ſed ſacra deterſione luſtrata, & divino candore dealbata ſummi *Dictatoris* verba excipiat, & quotiescunq; opus eſt referat. Hanc *Pentecoſtes ſcholā* Mūdus penitiſſimè ignorat, nec minus tamen ſpiritualia quævis jactitat, & omnium Dei reconditorum interpretationem in ſe recipit, quam dextrè ipſe viderit. Certè quisquis non niſi in Mūdi ludo eſt edoctus, nimis frigida verba, hebetes ſenſus, & debiles rationes adfert, quam ut Deum explicent. *Focus* ille ſacer adſit neceſſe eſt, quo homo caleſcat, & inſolita, atque adeò ab ara Dei cādentes carbones adferat, ſi quid ſupra vulgi commenta Eccleſiæ communicandum eſt. Id quia paucorum eſt, non miremur minus nos fatidici.

plurima promiſcuæ vocalitatis exaudire. Erit tamen, ac ô videamus, cũ Deus ipſe ſemet explicabit, ſemet revelabit, ſemet interpretabitur, & velamen oculorum amovebit, ut cujus umbram jam tangimus, clarum lumen intueamur, ſciamusque perfectè quid Deus ſingulis apicibus voluerit ſeipſo, & nõ alio *Magiſtro*.

Hujus doctoris diſcipula, noſtra *Conſcientia* eſt, quæ tacito conſenſu, inſtar mille teſtium proſtat. Hanc cum reliqui homines negligenter habeãt, Chriſtianus tenerrime obſervat, & vel muſſirantem audit. Sunt autem omnia noſtra talia, quæ ſe magna ingenuitate nobis produnt, quicquid id externa fronte, & mentita voce diſſimulemus. liquet nobis noſtra imbecillitas, inſcitia, egeſtas, inanitas, ſive uno verbo *Vanitas*, & tamen id non tam aliis, quam nobis negare audemus. Imo & impietatem ſui pudet, dum conſcientia exprobrat quæ hac una arte ſibi infeliciter conſulit, ut latrantem conſcientiam ſopiat. Itaque tum demum nobis

beate

beatè prospectum est; cum spiritus, conscientiam docilem habet, quæ evidenter & videat, & fateatur, Dei præcepta exoptata esse, & animæ proficua; quicquid omnia adversa lingua cogganniat: indeque animum sumat Deo parendi, necquicquam carne sese opponente. Nempe *audendum* est, quod spiritus jam apud te evicit, neque cunctandum, dum variis tergiversationibus illud internum verum, boniq; testimonium langueścat. Tentãdum est, quod præeunte spiritu anima cõcepit, ne sub corporis membranis computrescat. Expreiundum est, quod divinis præceptis & cœlestibus rationibus cõstat, ne sub nostra deliberatione & examine, temporis oportunitas evanescat. Nam si uspiam occasionem perdere noxam habuit & culpam: si unquam stultum fuit cunctando rem optatam perdere, in rebus Divinis ab ipsa nostra Conscientia jam admissis & approbatis, omnis procrastinatio vitiosissima est, & stultissima.

XV.

Justitia.

NEmo unquam gratis Deo ſerviit, omnia præmiorum & munerum cœleſtium plena ſunt. Et tamen multis perſuaſum eſt operam Deo impenſam interire, cum ad hujus orbis famam, honores, & ſalaria nihili faciat. Maximo profecto errore, qui ſi poſſent animadvertere, quam liberaliter Deus ſuos habeat, & ſingulos ſingulis propè, ac ſingularibus donariis beet, mallent Dei ſecreta, quam Mundi clamoſa ſtipendia accipere. Quis enim non credat eum qui deſideriis ſuis imperare poteſt, ſupra honoris ſitientem & auri eſurientem eſſe: & qui ſub fide ſimplici omnia complectitur, curioſo dubitatori præſtare; & qui benignitate adverſantes ſuos componit, debellatorem & victorem ſuperare; Idem de aliis virtutibus dicere poſſemus, quarum nulla omnino eſt, cujus precium non Vitiorum cunctorum apparentiæ, & fictæ voluptati antecellat. *Iuſtiſsimo*

Dei

Dei judicio, qui Mundum sua-met improbibate excruciat & punit, suos rectè factorum commoditate sustinet, ac contentat, ita ut temperanti abstinentia, patienti tolerantia, humili tranquillitas, continenti acquiescentia sua sit majoris quam Mundo universi æstus & turbines sui, quibus sese hic circumagit, ac versat. Mirum autem est quam Deus suorum neminem prætermiserit, quem non notabili aliquo beneficio affecerit, & ornarit, ut hic quidem honoris, alter infamiæ; hic opum, alter famis; hic scientiarum, alter simplicitatis patiens sit, omnes autem suæ stationi, quam Deus assignavit, sufficiant. Nec enim fortuitum est, aut consuetudinis, cuilibet rei suos accommodos intueri, sed Dei distributio, Dei distinctio, Dei motus internus, ut quicquid Deus injunxerit, id non tam debeamus coacti, quam *velimus* paratissimi.

Ex hac æquitatis, jurisque Divini evidentia oritur maxima hominis *confidentia*, ut non tantum per densissima

quæq; præeuntem sequatur, mandanti que pareat, etiam cum nihil verisimile exigit, quam judicium de se, causaq; omni, in eundem Deum reiiciat, & sententiam ultimam, nihil præjudiciis motus, expectet. O felices qui hic de jure suo cedere didicerunt, & iniquissima quævis admittere, cum de *revisione* sint certiores certissimis. Quid est enim quod immortales mortalitatis legibus, omnia decernere, omnia iniquitatis regulis expedire, regulares Christi volumus? Patiamur potius, ut sit qui vindicet; non potiamur, ut libidinem nostram Christus nobis exprobret. Itane sordet nobis innocentiæ publicum aliquando Christi testimonium, ut id privatim, ac intra parietes audire, à homuncione malimus. Crudelis est ais, qui famam suam negligit: certè quisquis eam famã, quæ ad tribunal Christi resonabit, minoris, quam venalis aut mutabilis judicis sententiam facit. Nec tamen omnino à *bona causa* Deus abest, sed utut lente agere videatur, solet tandem iis comparere, qui suam inte-

grita-

gritatem ipſi concrediderunt. Quo enim Deus vocat, ſi maximè ſe ſcopuli, montes, deſerta, imò vel mare ipſum interponant, cedere ad poſtremum, & vias dare jubentur, ac in triumphum *bonæ cauſæ* cedere. Quod ſi nemo obſtaret, & rem Divino juſſu cœptam nemo minis & calumniis, diris & ſuppliciis impeteret, poſſemus credere humanis auſpiciis inchoatam, viribus humanis expeditam eſſe; nunc quo impotentius Mundus ſævit, Dei potentia clarius eluceſcit.

XVI.
Judicium.

UNI hominum Chriſtiani res omnes atq; ſingulas ſuo *vero pretio æſtimant*, non ex opinione, fama, aut conventione, ſed ſuâ natura, & uſu. cujus ea eſt ratio, ut plærumque à judicio Mundi non tantum abeat, ſed eidem contradicat, utque maxima hujus orbis in minimis numeret, & quæ abjectiſſimè habentur, inter ſumma reponat. Nam cum res omnis Divino

consilio metiantur, & ad regnum cœlorum promotione, animique humani commodis, jam parum curant, quid hujus seculi filij inter se pacti sint, quod precium rebus suis imposuerint. Unde nec à risu abstinere possunt, cum vident *Mundum* se in iis magnifice efferre, quæ non nisi infantiæ crepundia & crepitacula sunt, nec adultum hominem delectare possunt. Nam cui inane nomen, pro numine; inutilis nummus pro nomo; ridiculæ numellæ, pro novellis sunt, & suam judicij pueritiam prodit, & cordatioribus est ludibrio. Quod si quis tales etiam pro lana caprina digladiari videat, & cœlum terræ miscere, non potest satis indignari Satanæ imposturæ, qui cum boni malique dijudicationem nobis suggessisset, ad infame hoc judicij delirium, genus humanum adegit. Christiani vero à Deo limati, res humanas quidem admittunt, & scenæ quantum per conscientiam licet, serviunt, sed omnia eo loco relinquunt, quo Natura ea reposuit, ut nomine quidem, officij, quod

rei

rei Christianæ debeant, se admoneant, nihilque porrò se eo efferant, aut oblectent: nummo res varias commutent, nihil eo afficiantur: numellas ferant, dum *captivitatis* tempus est: nihil vero semet Mundo abijciant, aut liberis hominibus indignum, servili animo committant: ita dum mundani rebus subjecti sunt, Christiani res suas possident, rebusque imperant.

Cæterum cum præ aliis judicium Christianis elimatius sit, minus tamen quam ulli hominum, de hominibus *judicant*, non tam ut modestiam suam probent, quam ut judicij temerarij pericula subterfugiant. Sibi quidem sunt rigidissimi, quod ima cordis scrutantes omnia infectionis & corruptionis plena reperiunt, omnia fucata & incrustata, omnia affectui alicui obnoxia, deprehendunt. In alios tamen mitissimi & æquissimi sunt, quoniam nemini concessum alieni cordis secreta introspicere, motus, persuasiones, impetus indagare, vel Divinum etiam explorare consilium, aut Sathanæ stratagema

deprehendere. Multa inconsideranti[a] admittit; multa pœnitentia corripit; multa integritas delinquit; multa simplicitas excusat; quæ in conspectum nostrum nunquam prodeunt, & tamen judicium facturum neutiquam latere debebant. Quid quod Christus nos in vicem excusare quam accusare, tegere quam prodere, commiserari quam ridere, erigere quam castigare mavult, & exemplo suo formulam præscribit? quid quod nos toties judicium fallit, & moderationem, si quis frontis pudor, inculcat, præcipitantiam exprobrat. Erremus potius benigniore interpretatione, quam duriore in fratrem, & cœli cohæredem simus injurij. Multum certè profecit, qui *suspendere judicium* didicit, dum Deus ipse in apricum abscondita proferat. nam ut æstuantis & superbi animi est in omnes homines sibi capere censuram, ita compositæ & tranquillæ animæ, res omnes emollire potius quam exasperare, atque omninò Deo oculatissimo judici nihil præripere.

Motus.

XVII.

Motus.

SIcut Mundus suos insanis laboribus excarnificat, ita Deus suos liberalibus *motionibus* exercet. est enim otij ea natura ut alios quidem corrodat, Christianos vero putrefaciat. nam ut primum Christianus, labores à Deo assignatos subterfugit, vermibus & insectis aliis scatet, à quibus fœdum in modum consumitur. Itaque jussit supremus imperator, singulos in bono aliquo officio occupari, quod aliis adjunctum rempublicam Christianam constituat. alij ergo doceant, alij regant, alij consulant, alij instituant, alij inveniant, alij dijudicent, omnes tamen laborent, & in eo quod ad Cœlorum iter conducit, conveniant. Nam qui laborare mũdo velit, & operam, & tempus perdidit. neminem is inclementius habet, quam qui vitam omnem in ipsius servitium insumsit. Optimus ille motus, qui è terra ad cœlum sursum tendit, & ad perfectionis originem redit, qui primus

mus

mus rerum nostrarum omnium esse debet, ac reliquos omnes regere. Nati sumus *cœlo*, renati cœlo, cœlo etiam uncti, quid igitur nobis potioris curæ esse debet, quam ut cuncta nostra cœlo accommodentur, ac universa etiam Politia. nō enim audiamus illos, qui aliud quidem terris deberi, aliud reservari cœlis ajunt, omnia quippe Christianorum, cœlo conveniant, omnia cum eo concordent. Edendum, bibendumque etiam nobis est, ut Christianis, usq; adeo Christus alienos ritus & mores in suis non probat, aut patitur. quod qui negligit nōdum intra se cœlestem motum sensit, qui ut igneum, sua Natura ad superiora vocat, dum terrena gravitate onustus deorsum vergit, & ad ima millies etiam sublatus redit. tantum scilicet interest inter Christianum & Mūdanum, quantum inter emissos, *lapidem & avem*.

Secundarius motus *Condolentia* est, qua corporis Christianorum, cujusvis membri afflictione tangitur. Unius Christiani dolor universos afficit, & ut

com-

communi ſenſu, ita auxilij communione convocat. Econtra, Mundi vera nota eſt, alienis malis delectari, alienis erroribus inſultare, alienis damnis diteſcere. Peſſimus quisque bonorum nævos ridet, & qui omnium corruptiſſimus, alios corrigit. Aliter Chriſtianus qui fratris ſui incommodis intime movetur, atque quam poteſt commodiſſime ea declinat, & avertit, quod ſi omnino impedire Mundi furorem non poteſt, publico luctu ſuum conſenſum teſtatur. Quicquid enim uſpiam Chriſtum agnoſcit, & ob id patitur, ad nos pertinet, & cauſam publicam contingit, quæ in minutiſſimo etiam membro, laborare creditur. Nemo igitur abundare ſe dicet Chriſtianus, dum frater eget; nemo quieſcere auſit Chriſtianus, dum frater agonizat. Omnium res agitur, cum unius, qui in Chriſto una *anima* eſſe debent. Vide verò mihi fictitios illos Chriſtianos, quam ſua anxiè curent, aliena ſecuriſſime negligãt: nam qua parte Dei plaga ſuos exercet, ab ea illi ſe avertunt, & quaſi muro interſe-

tersecant, suis interim nidulis gloriosi, & reculis in tuto occupati. qui si paulò pòst itidem manum Dei experiantur, cætum Christiannm inclamant, & auxilium deposcunt, justo Deo judicio, neutiquam audiendi. nam si illi cum superiore hoste luctantes, nihil ad nos, quos *Crux Christiana* commilitones fecit, & in eodem contra Mundum exercitu conscriptos habet; nec nos ad illos si in velitatione succumbamus, imò ad *Christum* ipsum pugnæ ducem nihil pertinere, turpiter prodimus.

XVIII.
Lucta.

ANimus Christianus, ut nũquam se submittit malo, ita cum quo *certet*, semper habet. infinita namque adversa oportet habere eum, qui se omnibus opponit. Tres tamen hostes maximè capitales habet, *Satanam, Mũdum & Carnem*, quorum primus dolis, secundus exemplo, tertius hæsitatione quam aliis armis, magis noxij sunt. Satanam nemo explicat, qui ob id mille artifi-

artificis nomen, homini formidabile, ſortitus, mirificè Chriſtianum exercet, nec niſi cruore *Crucifixi* fugatur. Mundus quem ſua contagione non inficit, cane mordaciſſimo impetit quem *Calumniam* dicimus: is immane quam latret, quam virulenter bonos & inſontes invadat, quam maledicentiæ dentibus, in optima quæque irruat. Huic licet, quæcunque in buccam venerunt eijcere, & candorem alienum impune maculare, neque quisquam tam ſubductæ vitæ fuit unquam, qui hujus injurias effugerit. Una tamen re admodũ affligitur, *luce*. cum quod ſuam turpitudinem ægerrime intueatur, tũ quod nihil adferat tantâ rabie, quod alienos oculos admittat. Itaq; Chriſtianus Divina luce amictus, in claro veritatis Sole obambulat, & calumniæ vitioſos oculos perſtringit, quæ ne nihil agat, cor ſuum invidiâ rodit, ac exanimatur. Interim carnis quoque torpor excutiendus, & lethargus diſpellendus eſt: nam dum hæc ſe in omnes partes vertit, deliberat, optat, & trepidè tentat, dum re-

ficí

ſici ſubinde,& vitæ voluptatulas degu-
ſtare appetit, Chriſtianus arrepta *Cru-
cis* ſcutica, cunctabundam carnem di-
verberat,& in ſerium cum adverſa par-
te conflictum impellit, ut vel tandem
diffidere Sathanæ, negligere mundum
& imperare ſibi incipiat.

Habet res Chriſtiana ſuos etiam
athletas, qui Herculea, & inauſa aliis
ſubeāt: Hi ut numero pauciſſimi ſunt,
ita in cœlo Chriſtiano, velut lucidiſſi-
ma aſtra,rutilant. His vel corruptos ſe-
culi mores aggredi,vel hæreſeon mon-
ſtra debellare, vel torrentibus Mundi
ſe opponere, vel rem communem ſe-
neſcentem reſtituere, vel è vinculis
Eccleſiam liberare, vel inſolita quævis
præſtare datum eſt, admirante, & ap-
plaudente piorum cœtu. Horum ver-
bis, ferrum cedit;& calami enſes retun-
dunt: horum precibus cœlum paret,
minas tartara reformidant. His Tyran-
ni plærique, & orbis domitores pro-
ſtrati ſunt,his magnus ille Antichriſtus
debitus. Nemo tamen tales temerè
imitetur, niſi vocantem Deum audiat,
alio-

alioquin impar futurus, & ſub onere periturus. Multa concurrant oportet, in Divino heroe, ac imprimis mali maturitas, pœnæque decretum cum animo invicto militare debent. qui nimiũ feſtinat, & intempeſtivè orbis peſtes aggreditur, potius irritat quam expugnat. Vidit hæc ætas *illuſtre facinus*, ac cur Deum laudet, habet. utinam vero victoria ſua uti, & perſequi fugientem hoſtem, nec palantes ſemet perdere didiciſſent Chriſtiani. Solent enim reviviſcere hæc immania monſtra, & à Herculea clava ſecura, in ovantes, & tripudiantes irruere, ac permagnam ſæpè ſtragem edere. Ah doleamus, nobis potius Pæana canere in animo eſſe, quam vires paulatim *Beſtiæ magnæ* recreſcentes extinctas velle. gaudeamus ſanè ob profligatos dracones, ſedita, ne renaſcentes ſerpentes in ſinu noſtro foveamus, ne *Ceraſten* in viſceribus noſtris maximè noxium alamus & nutriamus.

Chari-

XIX.

Charitas.

NAti ſumus omnes ea lege, ut ejusdem Patris filij, nos *fraterno amore* complecteremur, ſed ut primum nos Peccatum diſſipavit & diſtraxit. *Charitas* è mundo receſſit, nec niſi per Chriſtum nobis à cœlo reducta eſt, quam ſoli *renati* ſuſceperunt. Charitas, cui debemus quod orbis terrarum nōdū diſſolutus eſt, & tolerabile aliquod commercium relictum. nam ſi humanis odiis relinqueremur, quis illos effugeret, qui Univerſi populo unam cervicem ſceleratè optant. At Deus multas manus eſſe, quæ his beluis obniterentur, cum apud rationis compotes omnes, tum eo magis Chriſtianos eſſe voluit, quod his Charitatis mutuæ ſymbolum injunxerit ſimul, & concrediderit. Itaque ut quisq; charitatem habet vel non habet, ita ſe Chriſtianum vel prophanum probat, imò quò charitatis habet amplius, eo ſe magis Chriſtianum demonſtrat. Nam cum facili-

mum

num ſit jactare Dei amorem, ſi id in
lingua tantum conſiſtat, teſtem Deus
huius rei, proximum voluit, in quem
quod ipſi debemus, conferremus. Vo-
luit autem ſingula ſua in nos merita,
grato animo agnoſci, ac in fratres no-
ſtros referri, ut ſummã humanitatem,
humilitatem, longanimitatem, man-
ſuetudinem, reliquasque in nos colla-
tas Virtutes exprimentes, & mutuæ
Charitati adhibentes, quocunque tan-
dem intervallo, laudabili tamen obſe-
quio & æmulatione quaſi compenſa-
remus. Quod ut libentius faceremus,
nova inſuper præmia Chriſtus propo-
ſuit, idque præ reliquis, fore, ut tam fa-
cilem nos habeamus Deum precibus
audiendis, & delictis condonandis,
quam nos proximus non reperiat diffi-
ciles. Beata me Chriſte ſors, cum ob
condonatos pauciſſimos denarios, plu-
rima nobis *talenta* remittuntur.

Charitatis filia *Liberalitas* eſt, qua
nihil magis dignum homine Chriſtia-
no orbis habet, qua Divinæ naturæ ni-
hil propinquius. Regiam virtutem
ajunt,

ajunt, qui in Mundo ſunt, nobis ſatis ſit dicere *Chriſtianam*. Cum enim res omnes usque ad corpuſculum noſtrum commodatas habeamus, turpiſſima Satanæ impoſtura, avaritia, ſive tenacitas introducta eſt, quæ dum heros facere & poſſeſſores promittit, iniquiſſima mancipia efficit, quæ perpetua ſiti excrucientur, & tã eo quod habent, quam quod nondũ habent, miſere torqueantur. Chriſtiani vero, velut in communi hoſpitio ſupellectilibus Dei quidem commode utuntur, ſed nullas ſibi congerunt, aut proximo invident, multo minus eripiunt, verum paratiſſimè in uſum publicum porrigunt, ac velut in eadem menſa vaſis communibus utũtur. Quis enim bonorum credat, voluiſſe aliquos ſuorum Deum ædes, inutili copia vaſorum, veſtium, auri, argentíve, aut cujuscunque rei apud divites terræ abundantia eſt, farcire, alios non minus Dei amicos vix ſe tegere aut alere poſſe: quis credat aliquibus ferculorum ſtrues & gulæ delicias omnes conceſſas, alios ad hydrias & pul-

s condemnatos. Sed omnino ex infe-
s emersit monstrum quod se apud
ermanos den Standt/ vocat, cui, in
uolibet vitæ genere licet quod non
ecet, imò cui se accommodare neces-
est, secus quam Christus præscripsit.
Metuendum tamen est, ut dum ad hũc
tatum alij superbiunt, alij nudi sunt:
ij inebriantur, alij sitiunt; alij prodi-
unt, alij indigent; alij ludunt; alij ge-
nunt; alij nitent, alij sordent, supersit
lius gehennæ status cui illiberalibus
ujus terræ usurpatoribus sese *accom-
modare* sit necesse.

XX.

Fraternitas.

DUM Mundus pompam suam du-
cit, & Vanitatis ordines producit,
Christus *fraternitatis* suæ chorum ha-
bet. Invisum hoc terris nomen, & ridi-
culum, sed quod eo magis gratum, &
impense quæsitum Christianis esse de-
bet. Qui enim Cœlum aliquando cō-
mune nos habituros credimus, nō pos-
sumus nihil hic inter nos communica-

re: qui cœli paritatem & æquabilitatem agnoſcimus, non poſſumus tanto intervallo & immenſo ſpatio inter nos differre: qui æternam aliquando noſtram converſationem ſperamus, non poſſumus hujus temporis faſtum, ambitionem, & dedignationem approbare. Dicemus igitur Sathanæ ludibrium eſſe, cum homo ſe ſupra homines tanto interſtitio effert, ut originis ſuæ, & cum humano genere *cognationis* proximæ obliviſcatur, ac honores uni Deo debitos, potentiam uni Deo cõceſſam, judicium uni Deo relinquendum, ſibi ſumat, vel humana ſocordia oblata, admittat. Eſt autem omnino nõ tam Magnatum, quam noſtra culpa, cum in mentem illis venire tam abſurdum nihil poſſit, quod non approbatores, excuſatores, admiratores, executores, & annotatores reperiat, ut non inepte ex Mundi ſententia Nero dixerit, ſe unum ſciviſſe quid imperanti liceat. Sumus ergo ad fraternitatem Chriſti revocandi, quæ ut decentes vitæ ordines non confundit, aut excludit, dum nihil nos

extol-

extollant, & inclementes commissis reddant; ita nos frequentissimè rationis illius, nostro capiti aliquando reddendæ, admonet; quæ non quid imperantibus licuerit, sed quid decuerit: nõ quid subjecti admiserint, sed quid exigendum ab iis fuerit; non quid regni jura permiserint, sed quid cœli leges præscripserint: non quid Mundi moribus probatum, sed quid à D o ipso graviter injunctum fuerit, serio *processu* dijudicabitur.

Nemo ægre ferat, si quid hic de *titulis* addamus, nec enim iis quos titillant invidemus, imò hanc inaninatem libenter tribuimus, nobis gratulantes qui hoc tenui, & facilè comparabili cibo pasci se patiantur. De Christianis loquamur, quos sublimius quid sapere decebat, quam ut ad grammaticen redirent, & nominibus ac verbis caperentur. Non tam barbari sumus, ut omnia commisceamus, neque velimus nos nullis appellationibus distinctos: neque tam insulsi in juventutem sumus, ut per *gradus* ad superiora rectè

incitari & vocari dubitemus. sed quod hoc luxuriante seculo ea est titulorum prodigalitas, ut jam superlativi omnes vilescant, & ad composita, decompositaque magna anxietate accurrendum sit, id vero *prægrandis vanitatis* est, quã si majores tantum nostri, (ne quid ad Christum adeam, simplicitatis principem) exprobare nobis vellent, quantum indignationis, (nisi fortasse risum potius) ex nobis conciperent. Ecquid verò in Christo tantopere displicet, ut eius formulas penitissimè abhorreamus, & *fratris* nomen in auribus propemodum sit intolerabile ac hæreticũ! cur Domini omnes volumus esse, quos *Conservos* Christus fecit; & Magistri, quos *condiscipulos* esse jussit, & ductores, quos *commilitones* conscripsit: non quod alteri alter donis Dei non præstet: non quod jubere, docere, ducere alij alios non debeant; sed ne videamur magis titulos, quã rem ipsam, & Christiani regni incrementa urgere. Quid enim hæ prærogativarum, prȩsidentiarum, & ut uno verbo complectar *pronomi-*

nominum concertationes aliud volunt, nisi ut nos Adami propagines, & ambitionis filios prodamus, illumque sublimem *filiorum Dei* titulum perdamus penitus.

XXI.

Libertas.

REctissimè dictum est, *sua quemq; ineptia detineri.* nam cum nos Deus non tantum *liberos* crearit, sed *liberarit* per Filium denuo, nihil æque absurdum videri potest, quam quod in vincula & compedes iterum redimus. Quæ enim Mundi consuetudines sunt, & mores, cũ nihil aliud faciant, quam invitent, nos leges, atque adeo *necessitatem* parendi credimus. Unde perpauci admodũ hæc tenuia fila abrumpunt, quibus contra mentem suam, cõtra conscientiam, contra evidentem etiam commoditatem, à genere, conditione, uxore, propinquis, amicis, bonis, alligati sunt, ut minus se ad Deum, ejusque perfectiores regulas conforment, sed tempus trahant, & occasiones am-

biant, interimque sub fictitio jugo profunde ingemiscant. Sunt etiam, quos nisi metus Mundani risus, & iniquissimi judicij, nihil cohibet: Sunt qui de sociis, sunt qui de capite aliquo circumspiciunt; omnes certè spontaneis compedibus impediti, quos si vellent, *si nũc vellent*, nihil detineret. Fallitur enim quisquis Mundo satisfacere, aut placere ullo modo sperat, aut ejus ludibria effugere contendit: ille demum sapit, qui vera libertate sua, Mũdi risum provocat, & quod sub jugo ferendum fuisset, magna animi securitate contemnit. nec minus ultorem Deum habet, qui suorum contumeliam suam facit; suorum opprobrium ad se revocat, & annotat. *Audeamus* ô Christiani, nostri, id est Christi esse, dissolvamus hæc aranearum tela, fugiamus ex Ægypto, exeamus è Babylone, quoniam nihil est, quod præcludere viam possit. Tentemus, ut aliquando omnia imaginationis objecta infra fidem fuisse experiamur.

Solet hîc Mundus incautis illudere,

& fucatam aliquam libertatem vendi-
tare, qua qui *Sui* sunt, alterius esse no-
lunt. At Christiani aliter, qui ut primũ
internas suas opes ab omni Mundi cu-
stodia assecurarunt, facilimè reliqua o-
mnia Proximi commodis & usibus ad-
dicunt. Unde homine Christiano nihil
est in terris servilius, qui ea quæ Mun-
dus alioquin dedignatur tractat, susci-
pit, & infimis etiam rebus operã suam
non denegat. Atque hic permagna se-
curitas est: nam cum Mundus non nisi
gravia, strepera, prolixa, & vasta quæ-
que ambiat, atque humeris suis impo-
nat, sub quibus miserum in modum
premitur, & exagitatur, Christianus
non alia appetit, quam quæ minus ful-
geant, minus resonent, minus invi-
denda sint; & ætatem suam procul ab
illis inanitatum & laborum officinis
degit. Mavult enim Christianus unum
hominem sibi commissum, ad cœli
normam recte informare, & efforma-
re, quã integris provinciis præfectus,
iniquitati humanæ impar esse. Eant
qui volunt, & Episcopatus, Rectoratus,

Præfecturas, Oeconomias integras ſibi depoſcant, homo Chriſtianus nihil erubeſcit, fidem ſuam in tenui ſorte probare, ac in Domini domo abjectus etiam eſſe, & ad fores ſtare. Satis ſit *Dei ſervum* eſſe, quod cuicunque minus eſt, nihil in terris ſufficiet. Regni Dei cura nemini ſordeat, cui dum ſe ſubducunt, quibus fortuna favet, ac infra ſe eſſe optimates hujus terræ judicāt, hoc ipſo teſtantur, ſe qui Dei miniſtri audiant, indignos à ſupremo rege habitos. Sed etiam qui ab Eccleſia enutriti, poſtquam ſaginati ſunt, in famelicos Divina officia ſuperbe rejiciunt, & holocauſtorum adipem ſibi ſervant, ſupremum *numen* non effugient.

XXII.

Reſignatio.

ERat cum Terræ huic dominari licebat, & poſſidere eam jucundum erat, nunc *renunciare* ei, & nihil omnino participare conſultiſſimum eſt. Ut primum namque *Peccati* ſanie infecta eſt, qui eius minimum habet, beatiſſimus.

mus est. Solent autem multi non tantum agellos, suam terræ partem petere sed integra climata, & portiones suas Solis diurno itinere terminare. Infelices homines, quos septempedalis fossa recondit, & vel tandem exaturat. Cæterum Christiani qui se totos Christo tradiderunt, omnia quæcunque hic sibi aliquo jure vendicare possent, in salvatoris sui manus *resignant*; satis opulenti, si se sciant nihil extra Deum, & sine Deo possidere. Hinc parum judicant, si externa tantum Domino in manus reddant, nisi etiam intima quæque nutui divino relinquant. Nihil inexpectatum talibus accidere potest, cum verbera, carceres, supplicia, atq; Mundo horribilia alia inter beneficia numerent. Benè habere æquè formidabile ipsis, ac malè; tutum videtur; & malorum memoria delectantur, plagis & vibicibus gloriãtur unicè. Adeo occalluerunt, ut nisi patiantur, nihil se hîc agere, & dies perdere arbitrentur. Rara avis hæc est, sed tamen nonnunquam conspicua. Manũ verò abstineat quis-

quis poteſt: nam quo tergum libentius porrigunt, eo minùs ſecurum eſt verberare: quo ſunt ſtultis ſimiliores, eo minus irridere eos expedit. nam qui jam ſui amplius non ſunt, ſed Dei, eos nemo tangat, niſi qui Deum impunè lædi poſſe opinatur. Cujus is eſt finis, ut manum quidem impietas extendat, aſt ad ſe nunquam retrahat, ſed ſtupeſcente ea capitale eſſe *pupillam Dei* offendere reperiat.

Monet nos occaſio, ut *Martyrum* etiam coronam contemplemur, quæ rarò terræ hujus magnatibus, ſed rejectamentis imponi ſolet frequentius. O arcana Dei judicia, quæ amiciſſimis ſuis pro rectiſſimis factis, & laudatiſſimis meritis extrema ſupplicia decernere ſol.t, eaque infamibus accuſationibus onerata & fœdata. Spermologos, nebulones, ſeditioſos, veneficos, fanaticos oportet eſſe, quos Deus martyrij honore habet dignos, ut appareat Mundi judicium eſſe nequiſſimum. Et ſunt qui hanc ignominiam non ferant tantum, ſed appetant, atque Mundi ir-

ritatio-

ritatione *ambiant*! O Deus quam longe alind quid, præter, sive supra terrenum affectare oportet, atque expetere, quibus elementum nullum, nullũ mortis genus est formidabile. Quin imò Natura ipsa succumbit, ubi martyrij gratia animat, tantum abest, ut minis terreri, aut avocari à recto sinat. Invictus est cui vita nihili est, & frustra cõtra hunc pugnatur, qui paratus est sanguine fidem suam obsignare. Quid eripias homini cui omnia terrena cœni instar sunt, nec nisi molestiam adferũt. Exilium ipsi hoc universum est, ut parum intersit ubi exulet. Ne quidquam ægre dimittat, didicit rebus omnibus carere. Ut non evehatur nihil timet, qui se sponte abijcit. Et quid ille tandem inimicitias Mundi vitet, cui carnifex amicus est, atque exoptatus. Da ô Deus hunc animum, & ab omni metu nos libera, qui quos sincerè amas hic multis testibus, & exactis judicibus maleficij convinci sinis, ut cum hic fidem tibi fuerint testati, ex te ipso integritatis *testimonium* audiant.

XXIII.

Elevatio.

ÆQuissimum est hominem hujus terræ favorem nihili facere, quem Deus *inter suos familiares* recepit. Nam ut omnia Mundus præstet, quæ suis pollicetur, quod tamen ex rarissimè contingentibus est, ad illa quæ Deus communicare solet, collata, parum valent. Solet mundus suis nominis immortalitem spondere, variis ad id fabricis adhibitis, quasi vero mortis sit vitam dare, aut temporis, æternitatem promittere. Cum omnia facit, nominis oblivionem in annos aliquot differt, idque adeò obscurè, adeò dubiè, adeò contractè, adeò cum invidia & renitentia multorũ, ut tanti non sit, tam improbis laboribus hanc ineptiam emere. At Deus quos ex hominibus seligit, ut *clarißimos* inter fideles suos reddat, primum admirandis donis replet, quo eos Natura ipsa obstupescat; dein familiaribus colloquiis de rebus omnibus erudit, & excolit, ut jam non

terræ

terræ tantum, ſed & cœli conſcij audiant, ac velut terrena Numina colantur. Hi ſeculorũ characteres ſunt, quibus Deus ætates diſtinguit; hi ornamenta temporis ſui, atque exinde rariores. Non poteſt hos fama tacere, & deprimere, cum terra ipſa loquatur, & rerum geſtarũ magnitudo, neminem latere poſſit. Nam cum maxima quæque, per minimos & ſimplices homines, Deus peragat, hoc ipſum ad Mundi admirationem, illorumque æternitatem facit. Diverſa namque Chriſtianorum à Mundanis ſors eſt, cum niſi humiles non inclareſcant; niſi ſimplices non ſapiant; niſi debiles nihil ſuperent; dum Mundus tumidos, ſagaces, & robuſtos tantum elevet. At quò magis hi attolluntur, eo relabuntur gravius & miſerius; uni namque hi ſecuro faſtigio inſident, qui ad Deum, ab ipſo Deo *ſublati* ſunt.

Inter alia præclara dona Eccleſiæ Dei conceſſa, ſublime aliquod eſt, *Propheticum* dictum, quo homo Dei arcanis revelationibus ad infinita admitti-

tur,quæ alioquin universo Mundo obsignata & occlusa sunt, ut seculorum periodos, regnorum ortus & interitus, hominum decursus, motionum vices, Ecclesiæ passiones & eclipses, longe ante prævideant, & verborum admirandorum involucris annuncient, variis imaginibus inumbrent, atque Divinitatis hujus speci m, posteritati testentur. Et quis dubitet purissimas mentes huic mysterio deberi, quæ nihil contaminatæ, radios providentiæ Divinæ excipiant, & per vaticinia refrangant. quod dum Mundus impurus, impura sua Astrologia, & variis divinationum generibus idem tentat, ridiculus fit, ac ingenti intervallo ab illis *videntibus* relinquitur. Quod si quis stilum tantum utrorumque conferat, jam videt, & obstupescit, quam differant. Prophetarum linguæ simile quid Mũdus dare non potest, etiamsi Pythagoram, aut Platonem, suos conducat. Ignita omnia sunt, & penetrantia, quæ è cœlo dictata & excepta sunt; frigida omnia & superficiaria quæ terreno calamo

lamo perſcribuntur. Idem de auribus humanis judicium eſt, nam quæ à ſpiritu ſacro luſtratæ non ſunt, Divina oracula non capiunt, & ad ſublimia hæc verba ſurdæ planè ſunt, vel ſanè ſurdaſtæ, ſiniſtrè omnia ac ex ſuis conjecturis accipiunt. Uni illi, qui ad Dei colloquia jam aſſuefacti, emblemata Divina, figuras & ſecretam cœli literaturam ſapiunt, digni ſunt audire conſilia & propoſita Dei, ſcrutari abyſſos ſermonum Dei, præparare animos ad voluntatem Dei, denique etiam Dei operibus in hac terra intereſſe.

XXIV.

Preces.

HÆc Dei familiaritas etſi ab eius electione & ſelectione puriſſimè dependet, tamen multis ac perpetuis *precibus* conſtat. Una enim ratio eſt, Deum habere reſpondentem, interrogare; colloquentem, compellare; comparentem, invitare; conſentientem exorare; concurrentem, implorare. Hoc *ambitu* ſe amici Dei inſinuarunt,

runt, cum Deum ſitirent, Deum in
clamarent, Deum quaſi fatigarent pre
cibus, & impugnarent. Non poteſt ne
gare indulgentiſſimus Pater, quod fili
tanta contentione obſecrant, non po
teſt petentibus eſſe durus, aut pulſanti
bus ſe occludere. Hæc arma Chriſtian
ſunt, quibus non tantum hoſtes profli
gat ſuos, ſed etiam amiciſſimos expu
gnat. Ea enim eſt precum ingenuitas
ut nullum delictum, nullum affectum
nullam debilitatem, nullum dolorem
nullam cupiditatem & deſiderium
Deũ ſuũ celent, omnia in conſpectum
expandant, ac Paterno pectori concre
dant, atque committant. Quam anim
traditionem Deus ſupra omnem cul
tum amat, & exigit. Neque fieri poteſt
ut nõ majore propenſione reſpondeat
quam devotione eſt quæſitus. Hauc
enim ut mundus, aditu difficilis eſt, au
ditu moroſus, reſponſis ſuperbus, pro
miſſis tergiverſans, conſenſu inexora
bilis, ſed admittit omnes, admittit ſem
per, admittit ubique: audit benignè, au
dit patienter, audit opportunè: reſpon
det cle

det clementer, reſpondet frequenter, reſpondet largiter: promittit verè, promittit abundè: conſentit libenter, conſentit utiliter, conſentit conſtanter. Quid ni adeamus hunc Deum noſtrū! cum quo converſari tanta eſt facilitas, cum quo colloqui tanta eſt voluptas, cum quo vivere tanta eſt majeſtas.

Nemo unquam perfectius humanæ indigentiæ breviarium dabit, quam veriſſimus inter Deum & homines internuncius ac interpres *Christus*, qui id *Oratione dominica* præſtitit. Hîc enim ad ſe vocatos filios ſuos, clementiſſimus Pater, & ſurſum arrectos, ad nominis ſui ſanctuarium invitat, & ne polluti accedant vetat. Poſtea in regni ſui cives admittit, & ad leges novas, ſanctiſſim sque adigit: Inde voluntatis ſuæ obſervation m inſinuat, & cœli terræque conſenſum inſtituit. Mox de alimentis, cum animæ, tum corporis, ſuis proſpicit, atque hanc curam quotidie renovat. Delicta etiam carnis, ſub mutuæ charitatis & facilitatis conditione condonat. Sed & pericula tent tio-

num

num & Satanæ insidias avertit, suisque fortissima manu adest: denique malorum omnium, & duri carceris finem, libertatisque ævum pollicetur; atque ob hæc cuncta omnem imperij & potentiæ gloriam æternam sibi uni meritò vindicat. Hoc clementiæ Divinæ septo conclusi, nihil superest quod petamus, quo etiam indigere possimus videri, & tamen mirifice sibi placent, qui concinnis verbis possunt Deo absque cordis motu obstrepere. Certè si ad formulas orandum est, hæc Christi unica placeat, postea sanctorum Dei, denique qui has proxime accedunt, nec novis semper luxuriemur. Christiani vita nihil nisi precatio esse debet, qua ad Deum semper suspirat, cum eo semper loquitur. cujus enim dicta, factaque, imò & cogitationes, laudes Dei quærunt, is ad *Dei aram* semper stat, & suavissimi incensi odorem, naribus Jehovæ gratum sacrificat.

XXV.

Rotunditas.

EGregiam laudem, & opima ſpolia referre Mundus credit, quoties *decipulam* excogitat. nam cum vulpino ſui omnes ſint ingenio, cui ægerrime imponitur, nulla illi major voluptas eſt, quam ſi quem capit. dum igitur ars artem eludit, Chriſtianus una *rotunditate* ſua ſecurus eſt. nam Echini in morem nulla latibula, aut meatuum anfractus quærit, ſed in ſe redit, ac quoquo volutatus, nihil offenditur. Sunt etiam Chriſtiano ſui aculei, quos tenellæ Mundi manus non ferunt, aut canũ ora minus admittunt. Sive igitur Hypocriſis inſidietur tyrannidi, ſive tyrannis ſubjuget hypocriſin, ſive ſophiſtice circumveniat utramque ſive ambæ ſophiſticen flagellent; dum alij anxie affliguntur, Chriſtianus hunc Satanæ luſum contemnit, certus nihil boni à Mundo expectandum, atque parum quisquis tandem rerum potiatur, referre. Sunt enim diabolorum inter ſe

con-

concertationes, quæ utrinque dolis, & violentia constant, neq; unquam cum Christo aliquid verè cõmune habent. Licet enim salutem publicam, religionem, honestatem, libertatem, & ejusmodi speciosa nomina persæpè obtendant, tamen si quis intra cuticulam illos *boni publici* procuratores intueatur, videbit, ipsis, non Christo parari regnum, neque dignos esse, cum quibus vir pius causam suam conjungat. Stabit autem domus Dei inconcussa, & ictus adversos omnes retundet, quicquid multi manus subducant, quicquid detrectent defensionem. nec enim humanis manibus constructa est, nec humana ope in hunc usque diem propugnata, sed rectum in omne ævum Deus rectum esse jussit, & illud sequuntur omnes qui recto sunt corde.

Magni interest scire, quid *rebus turbatis* virum bonum deceat, alij enim nimis temerariè assurgunt, alij nimis timidè diffugiunt. Torsit hæc cura etiam moderata ingenia, cum viderent quid fugerent, quo fugerent non viderent.

nt: nam inter partes raro modus ser-
tur, ac multorum importunitas pau-
rum æquanimitati prævalet. Jam si
am altera pars invalescat, & emineat,
hil temperatum sperandum est, nul-
m etiam æquilibrij remedium expe-
andum. Documento nobis sunto Ec-
esiæ vulnera, quam acerbis odiis di-
ucta hient. Ecquid agat cui diversa-
m partium vehementia displicet, cui
ecus utrinque impetus, imò & a-
erta dissolutio non probatur! quod si
subducat, mollitiei; si lentè etiam
bsequatur, consensus; si quid impro-
et, desertionis reus est. Sed omninò
m Deo dicamus *viro bono, tempore*
alo dissensum suum modestissime te-
andum esse, & remedia si potest, apta
fferenda. Fecit id optimus quisque,
xigua ad tempus gratia, odio multo,
ed posteritate id admittente & hono-
ante. Quotusquisque mussitantium
llorum in tabulis bonæ memoriæ vi-
it, tantum abest, ut in libro vitæ ali-
quãdo legendus sit. quod si beati sunt,
& honorati in Mundo, qui pro Patria
mor-

mortem fortiter oppetierunt, quid prohibet beatos dicere, quos *Veritatis confeßio* interemit. Proponamus bona, suadeamus bona, urgeamus bona, inculcemus bona, profiteamur bona, exprimamus bona, si nullo omnino usu, saltem ut animas nostras liberemus, atque per nos non stetisse, quod Ecclesiæ mala invaluerint, bona fide, subsecuturæ Christianitati probemus.

XXVI.

Tolerantia.

REgia vivendi via est, quæ non possis emendare, *tolerare*, neque facilè periculosior de via est, impatientiâ; dum enim frustra obnitimur, id quod tolerabile etiamnum foret, amarescit, ac irritato Mundo amplius exacerbatur. Multi qui se conantur exonerare, majora humeris suscipiunt, quibus conteruntur. Supra hos longe sapiunt Christiani, qui Magistri sui paradoxo colaphum in dexteram malam impingenti, obvertunt etiam alteram & auferenti tunicam concedunt quoq; togam,

ogam, ac cogentem ad milliare unum, omitantur vel ad duo. Nunquam tam magnus nobis videatur *Mundus*, ut erre eum non possimus, nec tam preiosus unquam, ut carere eo nequeamus. Utrum voluerit, sive premat, ve arc at, Christiano grave non sit, qui nisi à Christo ab esse ubique potest, & præter iram *Dei* omnia portare. *Mul*a displiceant oportet homini bono, sed nimum ægrum non faciant. Pereant quæ salutem nullam admittunt. Eant etro, quæ progredi nolunt, labantur quæ evehi non possunt, quid inter hęc Christianus se cruciet, qui Conscientiæ satisfecit, & Christi crucis abunde habet. Nolunt homines ad nostrum ingenium vivere; vivamus ad illorum, si id animi rectitudo sinat. Seculum in pejus ruit! quid an nos senium *Mundi* impediemus, aut differemus delirium. quin potius ne quid nostri una abripiatur id curamus, nam quæ extra potestatem nostram sunt, alieno imperio stabunt vel ibunt. Ne gemiscamus quidem cum supremus imperator jubet
sequi,

ſequi, & quæ in via moleſta occurrunt, Patriæ expectatione leniamus. *nunquam hic bene ſit*, quibus jam ante iter præſcriptum eſt, ut per moleſta ad honeſta; per operoſa ad glorioſa, per crucem ad lucem; per anguſta ad auguſta penetremus.

Qui *litigandi* libidinem in hominibus promovent, & foro unicè ob quæſtum ſerviunt, næ illi parum Chriſti habent. Accrevit hæc inter Chriſtianos lues, ut ſua mole laboret, & illis etiam, qui Mundo immerſi ſunt, diſpliceat. Nihil certè prohibeat rem dubiam æquis judicibus & arbitris diſſolvere, ſed in infinitum altercare, & ex lite litem ſerere, id Rhadamanthi tribunal, non Chriſtianos cancellos deceat. O rem animæ noxiam, quæ quicquid contra proximum habet, ſibi pendente contentione imponit, & infauſtis proceſſus armis onerat. Innumeræ animæ hac injuſta juris ſpecie ad iniquitatis Principem depreſſæ ſunt. Certè Chriſtianus hanc æqui obtinendi viã, quam poteſt devitat, litigationis vero lubidinem

nem

nem omninò abhorret. nec enim tanti facit aliqua incommoda, ut ob ea tranquillitati suæ incommodet, & cum fratre suo quovis alio modo in gratiam redit, quam ut *jure* dimicet. Levicula plærumque sunt, quæ homines dividunt, at non levis indignatio quæ intervenit, nec levis indignitas, ob tantilla Christianos inter se turbari. Malè tamen sit rabulis illis, qui aliena bile vivunt, & ut reconcilient offensas partes, utrasque deplumant. Benè verò integerrimis juris antistitibus, quorum moderatione animi iterum coeunt, & ab altercandi temeritate avertuntur. Si sic ageremus, minus causarum foret, atque illa *Dei* contra *Mundum* ageretur serius & felicius. Nunc dum nosmet atterimus, & litem contra Satanam suspendimus, dubium non est, contra *contumaces* pronunciatum iri.

XXVII.

Misericordia.

REbus noſtris ſub *Iuſtitiæ* condu-
ctu compoſitis, altera ſemita no-
bis inſpicienda eſt, quam *Misericordiæ*
meritò vocamus. Cum enim prior a-
ſpera nimis, nimisq; rigida videri poſ-
ſit, quæ tantam perfectionem exigat;
hac emollitur, cum videamus Deum
etiã debilitati noſtræ benè velle. Nam
quia nos nõ tã inimicos, q̃ hoſtes ſuos
per Filium, noſtrum Chriſtũ ſibi recõ-
ciliavit; non tam ſoporatos quam mor-
tuos ſuſcitavit; non tam ægros, quam
deſperatos ſanavit; non tam inquinatos
quam putridos purgavit; infinitum o-
portet Miſericordiæ affectum eſſe, qui
nos etiamnum alienos, oſcitantes, lan-
guentes, olentesque ſuſtineat, & cle-
mentiæ alis obtegat. Itaque Eccleſiam
ſibi colligit, non ex ſapientibus, pru-
dentibus, fortibus, & temperantibus
tantum, ſed quamplurimos ex pecca-
torum turba admixtos habet, ut ſe o-
mninò *Medicum* oſtendat, qui epide-
mic

nicis Mundi morbis correptos, ſanandos ſibi ſumſerit, & magnificam illam terræ jactantiam, pudefaciendam propoſuerit. Eſt enim Religio Christiana nil niſi clementiæ ſummi Patris conceſſio, qua genus humanum Satanæ aſtu, Divinâ imagine exutum, & Paradyſi poſſeſſione deturbatũ, in gratiam iterum ſub Filij meritò recepit, & novo fidei fœdera ſibi devinxit, ut quotquot hoc ſalubre medium amplecterentur æternæ ſalutis & cœleſtis hæreditatis eſſent certiſſimi. Quod novum pactum, & ſinceriſſimæ apud Deum dilectionis admirandum teſtimonium peccatores ſumit & juſtos facit; delinquentes vocat, & convertit; impuros admittit, & laudat; mundanos ſuſcipit & Chriſtianos reddit, qui enim ſub novo fœdere antiquis velit moribus vivere, ridet Dei miſericordiam, & condonatione ſe indignum reddit.

Itaque officij noſtri ſubinde admonendi ſumus, ne Dei facilitatem tentare, & longanimitate ad peccandi licentiam abuti unquam audeamus. Utut

enim Christus vel sero advenientes, si serio id fiat, non reijciat, qui tamen hoc per ludibrium experiri ausit, suâ malitiâ interibit. Cæterum nihil tam est necesse, quam quos de re divina error occupavit, sive ductores hujus sint, sive ducti, in viam revocentur. In quo pio & frugi negotio, nescio an non multi æquo *duriores* sint, qui rimas Ecclesiæ intempestivo zelo diducunt, & diffissa non nihil, discerpunt. ut quod dolendum est Hæreticus facilius *fiat*, quam sit, & dicatur, quam res ipsa testetur. Periculosum est, prolixam & argutam effingere religionem, contra quam vel optimus quisque per incogitantiam peccare possit: temerarium, ultra Christi regulas plures exceptiones, distinctiones, ratiocinationesque assuere, quas nescire piaculum sit: infame, facere suæ opinionis maximas, quas negare Cœlo simul, & bonorum conversatione excludat. O beatas Ecclesiæ primitias, quibus sub Apostolis contractius, & breviore compendio licuit credere, ac anathemata minus frequenter

reformidare. Sed omninò occurrendum est *lupis*, quos hæc ætas, in ruinam præceps, & plures habet, & immaniores, non tamen nisi utraque manu. Scilicet ut tam fidei veritatem optimis verbis astruamus, quam veris operibus construamus, & tam velimus esse *vita laudabili*, quam *charta probabili* hæreticis superiores.

XXVIII.
Remissio.

ECce homo, quid debeas Deo tuo, cum quo inenarrabili modo es *reconciliatibus*, cujus miserationes sunt supra omnia opera eius. Animant te publicani, meretrices, & latrones, qui è faucibus hostis momentaneè eruti, finibus excipiuntur pastoris. Irritasti Deum, ille te placat; furorem provocasti, ille te componit; peccasti, ille passus est; deliquisti, ille adhuc sustinet. Si pœnites parcit, si reverteris suscipit, si differs, præstolatur. Revocat errantem, invitat repugnantem, expectat torpentem, amplexatur redeuntem. Docet

ignorantem, mœrentem mulcet, à ruina suscitat, post lapsum reparat; petenti largitur, quærenti invenitur, pulsanti aperit. Hæc planè abripiunt animam, ut nisi Deus dixisset, nisi Deus fecisset, fidem sibi nullam haberet, optimum Deum posse ferre pessimos homines, imò delectari *peccatoribus*, ut bonitatis suæ immensitatem testetur. Furiosos quoque cicuravit, fecitque ex rapacissimis lupis, non tam mitissimas oves, quam pastores. Impuros & libidinosos homines, castitatis præceptores & exempla effecit: Mammonæ mancipia, thesauris suis liberales & integerrimos dispensatores præfecit. Ambitiosos jussit humilitatem docere, ac infami morte contestari. quid dicamus! admiranda sunt consilia Dei, qui peccatores præfert sanctulis, ut nihil habeas ô homo, quod præjudices. Ille ipse quem hodie peccatis oppletum abominaris, cras tibi virtutum doctor erit: ille ipse quem hodie mensurato passu, & candida stola incedentem æstimas, cras in sterquilinio se volutabit. Multis nempè *pec-*

pè *peccasse profuit*, quos intimus pudor, & serius dolor, posthac ab omni secura confidentia cohibuit.

Habet tamen Ecclesia suam decorè vivendi disciplinam & oberrantes corrigendi humanissimas *regulas*, in refractarios verò omni morte acerbiorem exclusionem. Sancivit pia quondam & recti custos antiquitas, ut qui Satanæ aures præbuissent, delicti pœnitentia revocati, primum deprecarentur Deum, dein Ecclesiæ offensæ *reconciliarentur*, qui mos laudatissimus non prius evanuit, quam peccandi licentia irrupit. Hîc publicis precibus homo reddebatur piorum communioni, qui nunc uno alterove nummulo redemtus non tacitè subrepit Ecclesiæ, sed superbè se ingerit & infert. O maculam nostram, & tinctores infames! Voluit etiam sacra olim simplicitas, & æquitas vult, inique *ablata restitui*, quod vana esset, inter mali possessiones, resipiscentia. Sic vulpecula lugeat anserem, & devoret: sic crocodilus morti hominis illacrimetur. At ô nimis illos feli-

ces, quibus hodie ſalva præda licet innoxios eſſe, & à delicto, non itidem ſpoliis, abſolui. Dijudicent hæc, quibus id datum eſt, nobis in hoc argumento diſputare non vacat. Valde egeant oportet multi, ſi reddant quod injuſto titulo habent, ſed huic rei gnaviter proſpectum eſt, nemo hũc titulum agnoſcit. Chriſtianus paratus eſt non tantum ab univerſa Eccleſia, errorum, delictorumque veniam petere, ſed etiam corpus ipſum ſi id iniquè poſſideat, reſtituere. Quid enim erubeſcat fratribus ſuis fateri, quod in cõſpectu quondam omnis carnis, viventium & mortuorum, publicè proſtabit: quid ni exiguum aliquid reddat, cum omnia poſt ſe, niſi oneratæ conſcientiæ ſarçinam, relinquenda ſciat, & exactiſſime ſciat.

XXIX.

Quies.

NAtura quod homini negavit, *gratia* ſupplet, atque largiſſimè, ſed diverſa planè eſt utrorumq; ratio nam cum laboranti ſeſe Natura pandat, hæc *quie-*

quiescendo impetratur: cum agentibus illa faveat, hæc vult patientes. Nihil movendo, currendoq; homo promovet in divino lumine, sed sedendo ad pedes Domini & auscultando. Sedet autem qui Deum expectat, nec Mundi turbis inquietatur. Deus quid velit, & quando velit, non semper communicat, neque quo ducat suis aperit sed per obliqua, & ambages cum dilectis ambulat. Hic obticescat nostra curiositas oportet, & ad nulla viarum compendia circumspiciat, cũ spirales etiam lineæ, Deo satis rectæ sint. Videmur nobis persæpè errare, & rectissimè pergimus; impediri, & promovemus; stare, & properamus; retrogredi, & appropinquamus. Multi per carceres ad Regna eunt, insolito itinere; per injurias ad famam. *Quiesce* ô homo, & rem omnem Deo committe, qui supra omnem captum tuum, res suas jam ante disposuit, & optimo ordine progredi jubet. Itaque Christianus hoc unum agit, ut columnam ignis in oculis semper habeat, quam quoquo eat, nihil de

cætero ſolicitus ſequatur. neque eò impatientiæ unquam pervenit, ut putet malè ſecum, aut duriter agi, vel haberi à Deo ludibrio. novit enim occulta eſſe judicia Dei multa, injuſta nulla. Audit igitur cum loquitur; attendit, dum tacet; loquitur, cum jubet; it, cum vocat; manet, cum ſubſiſtit; paret, cũ præcipit; ſumit, cum porrigit; abſtinet, cum prohibet; pugnat, cum incitat; fugit, cum monet; vivit, dum ſinit; moritur, cum evocat: ita dum ad nutum omnia facit, nuſpiam impingit, delinquit etiam nuſpiam.

Qui hodie omnes nugas ſuas, & innocentum offendicula Reipublicæ *communicant*, de Chriſtianorum cœtu peſſime meriti ſunt, neque certè has ipſas chartas exemerim, ſi quis meliora ſubſtituat. Dolendum eſt impietatem, injurias, libidinem, adulationes, & ſimilem hominum perniciem publicè præſtare, nec Chriſtianorũ, quàm Gentilium fora eſſe purgatiora. Ea nunc eſt peſtilentiſſimorum librorũ colluvies, ut diluvium ſuffocandis optimis, & re-

ctiſ-

ctiſſimis ingeniis efficere queat. Nihil exprobremus Mundo, quem & loqui, & ſcribere malè, neceſſe eſt. Utinam ſaltem Chriſtiani ſibi temperarent, ne *calamos* ſuos ethnico atramento intingerent, & chartas repurgatæ literaturæ macularent. Sed quis prohibeat, cum ſe nũdinali catalogo inſerere tanti prope fiat, quanti ſanctorum indici. itaque ex idolorum lacunis haurienda ſunt, quæ Iſraëlis fontes non ſuppeditant; & ubi S. ſpiritus oleum deeſt, ad vanitatis fictiles lucernas lucubrandum. Peſſima merx, & qua vix ulla tyronibus Chriſti periculoſior: nam cum videant etiam anteceſſores ſuos, nihil ab hoc luto abhorrere, paulatim ad æquè inquinãdas manus accinguntur, & idem cœnum pertractant. Chriſtianus ex multis pauca, ex paucis minima colligit, nec niſi ea, quæ cum Verbo Dei conjungi & compingi poſſint. novit enim hos mundi labores ad quietem nihil conferre, ſed mentis operas alias exigere, quæ à tranquillitate ſerena, ad

turbidam distractionem impellant, & beata obsequii Divini sede, eijciant.

XXX.

Silentium.

BEata bonorum Dei sub *silentio* custodia est, quod contrario his terris modo possessorem ditat. Mundus namque, nisi id multi sciant, nihil se scire opinatur; Christianus, si id alij sciant, thesauros suos proditos arbitratur. Est autem revera Dei voluntas, ut quam castigatissimæ simus linguæ, neque sua secreta temerè effutiamus: nō potest enim ferre streperam animam, sed quæ taciturnitatis sacra devotè & fideliter peragat. Haud quidem reticenda sunt magnalia Dei, nec quæ juvare Christianitatem possunt, occultanda: sed alia supersunt quæ Deus in *silente anima* agitat; alia sunt familiaritatis Divinæ arcana, quæ propalare ambitionis potius sit, & levitatis, quam in usum communem studij. quin imò ea hominem loquaculum confestim deserunt, ubi primum oris sigillum solvit;

rit; ut appareat Deum amicitiæ læſæ injuria irritatum. Sanctos Dei videas, quam moderatè de ſe ſenſerint; quam temperatè de ſe ſint locuti; quam amoris divini obſignationem religiosè cuſtodiverint. Nemo illis neſcire plus creditus eſt, cum plurima ſcirent; nemo minus poſſe, cum omnia præſtarent; & nos miramur Deum nobis minus communicare, minusque concredere, cum undique diffluamus. nempe beati non erimus conſcio Deo, niſi id in mulierculæ aures effundamus. Pudeat Deo fidem ſervare non poſſe, cum rimarum plenum, & ſecretorum incontinentem nemo mundanus amicum ferat. diſcamusque prima taciturnitatis noſtræ pericula Deo probare, ut cum nos *arcanis ſervandis* pares repererit, alia atque alia revelare & communicare, dignari poſſit.

Quid etiam vetet, bonos inter ſe aliquos *ſecretos*, atque ſub jurejurando fideles eſſe, non liquet. Certè habere, in cujus ſinû omnia tua, etiam peccata ſecurè & liberè effundas, neſcio quam

mirificè exonerat. Multa nos tacitè a-
fligunt, & mordent, quæ amico dete-
cta mitescunt, quasi Deus ipse noli-
nos solos mala nostra cōcoquere. quis-
quis hunc amorem, sive arctissimam
amicitiam abrumpit, aut corrumpit,
detestabilis est, nec minus humano
quam Christiano nomine indignus.
Multæ pravæ cogitationes, vana consi-
lia, temeraria proposita, frivola desideria,
ria, impuri amores, maligna odia, ine-
pti metus, & consimilia mentis nuga-
mina dispelluntur, si quis pectoris sui
conscium, & consiliarium fidum ha-
beat. Ut omninò persuadendum si-
Christianis, de talibus sibi curiosè cir-
cumspiciant, quos cordis intimi socio-
habere possint. Difficilis utique res, &
quæ aliquot experimenta eludet, sed
tamen quæ Dei conductu nunquam
bono fine carebit, & præmonstrante
Deo in optimum aliquem *Ionathan* in-
cidit. Neque certior indagandi ratio,
quam si quos idem sacer spiritus ad vi-
tandam Mundi intemperiem, & repe-
riendam animæ quietem urget. Hic
enim

enim animos complanat, affectus sedat, corda calefacit, ut facilimè coalescant, dissolvantur verò difficilimè. Unus Mundi contemtus & cœli desiderium infinita aufert, quæ dissociare animos solent; additq; plurima, ob quæ alter alterius amore capi, delectarive & debeat, & velit, & possit, unicè ac libentissimè. ubi enim Christus *connectit*, Satan separare non potest.

XXXI.

Fides.

ECclesiæ thesaurus *Fides* est, sive certa & singularis in Christum fiducia in cordibus nostris, sanctis pollicitationibus accensa, ac ab ipso S. Spiritu, & sacris signaculis obsignata, & roborata, cui vel inferorum portæ resistere, aut Mundi corruptelæ imperare, vel carnis etiam imbecillitates obesse in Christiani damnum, non possunt. Hæc illa bonitatis omnis *radix* est, quæ per verbum Dei implantata, non potest nisi fructus bonos ferre. Hic sacer ille *ignis* est, qui à S. Spiritu accensus,

non poteſt non hominem caleſacere. Hic ille æthereus *motus* eſt, qui à ſupremo mobili impulſus, non poteſt non ſurſum efferre, etſi hoc non velle, & aliud agere videatur. Nec enim Deus opera, ſed fidem æſtimat, etſi illa nunquam niſi invita, & impedita aberunt. Unde Chriſtiani pietas, probitas, & quæcunque aliæ virtutes, à Mundana integritate diſtinguuntur, quod niſi *Fidem*, principium aliud nullum habent: dum Mundus aliis, ac plærunque ambitioſis cauſis agitur. In eo tamen hodiè turpiter erratur, quod multi, ne laudabili vita aliquid apud Deum promereri velle videantur, ab ea ſolicitè abſtinent; & quam nihil bonis operibus tribuant, quotidianis maleſactis teſtantur. Fortè id diſputatoribus illis tribuũt, qui anxiè curant, ne quæ rectè, & inculpatè vivendi regulæ, hominibus inculcentur, ſimulque ſanctimoniæ alicujus error introducatur. Quos tamen ſecuros eſſe *Mundus* jubere poteſt, tam ad bonorum operum exercitia difficilis, quam illi ſunt in iis ſerendis, plan-

andis, rigandis, tandemque exigendis ardi. Christianus omninò indignitatem suam agnoscit, & serio deplorat, ac uni, solique fidei innititur, nec minus tamen quibusvis Christianis officiis, & gratitudinis suæ declarandæ testimoniis, sedulus est, paratus & laboriosissimus.

Quæ *fidei majestas* sit, satis id sacræ antiquitatis exemplis constat, ea hodie; quod dolendum, vix satis apparet. Olim fidei parebant mare, petræ, mœnia, beluæ, ignis, aër, imò Sol ipse & integrum cœlum; & Christus montes cessuros affirmavit, si quis hujus granum habeat. Quid ergò an defecit hodie fides, an nos deficimus, posteaquã à rebus ad verba delapsi sumus. Omnia nostra speciosis titulis prostant, quod si quis vires etiam ac effectus exigat, argutis excusatiunculis eludimus & elevamus. Usque adeò impudentes sumus, ut in nostri seculi felicitate numeremus, nihil *Fidei miraculis* indigere. Nam quia res certa est, ajunt, non opus habet his admirandorum testimoniis.

moniis. Equidem haud ſatisfit Chri-
ſtiano, cui Fides evidentioris creditur
efficaciæ,& auguſtioris præſentiæ, qu
ut ſub ea vitæ diſſolutione deliteſcat,&
ſitu quaſi ſqualeat: neque ejus torpori
inter fratres, & apud Deum neglectui
habetur, ut ibi nihil agat, hic nihil im-
petret præclari. dolum igitur arbitra-
tur, ne fidem habere Deo cogaris, fide
etiam inſolitis operationibus velle ca-
rere; ſcilicet ut Satanam profliges, Na-
turæ imperes, proximo conſulas, teme
debiliorem conqueri! cum id Chriſtu
fidei conceſſerit. Enimverò ita eſt
Mundo toto corde, tota anima, totis vi-
ribus ſervimus,& fidimus Chriſto exi-
guam aliquam noſtri partem concedi-
mus, quam quicquid foveat & accen-
dat fidei flamma, contra *glaciei maſſam*
reliquam parum valet, ne dum, ut præ-
valeat. Itaque credimus ſi nihil obſtet
fidimus, ſi pericula abſint, amamus ſ
nemo offendat, damus ſi nihil nobi
decedat, patimur ſi ſit neceſſe, commu-
nicamus ſi lucri ſpes ſit, conſentimus ſ
omnia placeant, relinquimus cum de-
ſerimur

rimur, morimur cum vivere ultra
on datur, *neq; fideles ab infidelibus dif-*
rimus.

XXXII.
Verbum.

REgula fidei, *Dei verbum* eſt, quod
ſacrâ paginâ, nobis expreſſum, ac
lementiſſimo conſilio communica-
um eſt. In eo ſe Deus homini explicat
c revelat, ut de voluntate ejus & affe-
tu in nos liquidiſſime conſtet. Ejus
umma, *Meßias* ſive Chriſtus eſt, qui
oc verborum involucro cor noſtrum
ntrat, occupat, ſacrat, regit, tuetur, atq;
d cœleſtem Sapientiam elevat. Ejus
erus interpres ac Doctor *S. Sanctus*
ſt, qui vitam, nervos, vires, myſteria,
ucemque eius nobis inſinuat, ac admi-
abili igne illuſtrat. Ejus veriſſima ſi-
gnacula ſunt, *ſacrum lavacrum*, quo
cœleſti lympha ab originis ſordibus
bluimur, & Sacro Sanctæ Triados au-
ſpicio, in novum miſericordiæ fœdus,
& charitatis ordinem adoptamur. Et
ſacra ſynaxis, qua Chriſti corpore &
ſangui-

ſanguine veriſſime paſcimur & pot-
mur, ac ſervatorem noſtrum cum o-
mnibus beneficiis induimus. Ejus re-
ligioſa cuſtos eſt *Eccleſia*, quæ hoc de-
poſitum, ſupra omnes Mundi theſau-
ros, ſupra totius orbis bibliothecam æ-
ſtimat, & ab omni contaminatione atq;
corruptione ſtudioſè aſſeruat. Ejus lau-
dati adminiſtri, *ſervi Dei* ſunt, qui vo-
luntatem Dei hominibus proponunt,
ad Evangelij profeſſionem ſingulos
vocant, benignitatem Dei offerunt, fi-
deles ſacris ſigillis obſignant, infideles
ab Eccleſiæ præſepibus arcent, affli-
ctos ſolantur, contumaces increpant,
virtutes excolunt, vitia evellunt, cœ-
lum commendant, Mundum exagi-
tant, judicium inculcant, gehennam
exaggerant, atque conſimili ratione
Dei regno inſerviunt. At ô dolendum
nec Chriſtum hodiè ſatis obſervari,
nec ſpiritum audiri, nec Sacramenta
adhiberi, nec Eccleſiæ credi, nec fidos
paſſim adminiſtros dari, ſed plæraque
lectione, ſcriptione, declamatione,
concertatione, commentationeq; con-
ſtar-

are, atq, *devoto Chriſtiano* nihil pro-
e eſſe reliqui, quam ut verbum Dei
n puro pectore gerat, & Deum ſuum
e rectiſſimo ſenſu, humili implora-
one conſulat.

Monet nos temporis hujus calami-
s, ut de *Vocatione* Eccleſiaſtica ali-
uid candide quæramus, an dum ho-
inem idoneum vocare, ſacrorum an-
ſtites; confirmare, magiſtratum; ap-
robare, plebem antiquis legibus &
oribus decet, uno, alteróve, neglecto,
c nefandis mediis conculcato, Eccle-
æ ſatis proſpectum ſit! Diſplicere id
Deo vehementer; onerare mercena-
ium; affligere domum Dei, nemo du-
itat, ſed an Deus per hoc impurum or-
anum agat, non inter omnes conve-
it. qui affirmant, eſſe aliquam, ſive nõ
ullam vocationem, quæ uno, duobúſ-
e membris mutila ſit ajunt, eamque
uivis erubeſcendam: ſed tamen, quæ
Deum nõ arceat, & verbum Dei haud
nutiliter porrigat. Divina enim mune-
a à noſtra indignitate non pendere, a-
ioquin nunquam habitura ſatis ido-
neos.

neos. Ac omnino ita esse oportet; a
quis dubitet *hominis pij* vocē præstar
impij, quis etiam non metuat Eccle
siam ab eo graviter offendi, qui obli
que ingressus est, ut rectè doceret; &
malè egit, ut bona diceret; ac famelicus
accessit, ut alios pascat; perfoditque se
ptum, ut lupum arceat. Certè his in
strumentis olim Judæorū, posteaChri
stianorum Ecclesia coarctata est, cum
illa Deum jactarent, Deus vero nec in
ore, nec in corde, nec in opere illorum
appareret. Id si hodie nondum est, ne
gloriemur, *gradibus itur* ad interitum
Nulla Dei voce vocari, sed per ambi
tum, ne quid durius audiamus, admitti
janua est ad intromittendos reliquo
Religionis exactores, & exagitato
res. Ubi Ecclesia lucello æstimatur
& pinguior aliqua, turbam religioso
rum irritat & convocat, credulū opor
tet esse, qui negotio Dei hos tangi cre
dat, aut teneri. Lugeamus ô lugeamu
nostram sortem, cum viderimus De
bonos vix velle posthac vocare, se
rem reliquisse filiis hominum, ut ali
ter

er, quam cum vitio neminem admittant. Christianus tamen etiam hæc magno animo ac patienter fert, cum sciat ipsum Christum velle suis ministrare, suos pascere, suis esse super intentum, itaque virga, & pedo consolari efficacissime.

XXXIII.

Contemplatio.

GRatias ingentes Deo nostro debemus, qui cum ad Satanæ pedes nosmet turpi abdicatione divinæ imaginis abjecissemus, non etiam *rationis* humanæ donarium eripuit, sed in solatium calamitatis reliquit. Eâ licet plurimum abutamur, & plus quam irrationabiliter, multi utantur, tamen qui à Christo reformati sunt, nihil seducũtur, sed sub Christiano obsequio magis ornantur. Admittit enim Deus hominem rationabilem ad operum suorum mirabilium contemplationem, ut in hoc amplissimo theatro totus oculeus obambulet, & magnalia Dei perlustret. Cum Mundus se lynceum somniet, incredi-

credibile dictu est; quam hîc oberret, quam palpet, quam etiā cæspitet. Nam cum in omnibus rebus scrupuletur, & scirpi nodos scrutetur, in unis Dei operibus supinus est, quasi nihil iis insit notabilis. Christianus verò divinis observatiònibus, & *clave Davidica* instructus, quoquo respicit, habet quod annotet, quo Deum observet & vestigia eius deprehendat: quoquo ambulat, patentes habet operum Dei januas, quæ maxima animi voluptate ingreditur. Ut enim in navi, qui ad remos sedent, plurimum ab eo qui in specula, cœli indicia per instrumenta exquirit, differunt: ita qui in hoc mundi oceano navigant, plurimum quidem laboribus insudant, ut onerarias suas impellant, sed cœli directiones, & Dei afflatus penitissimè ignorant. Justissimo profecto Dei judicio, cum cœcos facit, qui se oculatissimos credunt: ut nec quid habeant, videant; nec quid agant, sciant; nec quo ferantur, animadvertant; non minus tamen quibus Deus in hac terra visum dedit, & oculos aperuit, absurdissimè rideant.

Si quid in hoc inferiore mundo ho-
mine Christiano dignum est, *Mathe-
os & *Physices* elegantiæ id sunt. De
rioribus hîc aliquid videamus. Deum
umero, *pondere* & *mensura* affabrè o-
nia fecisse, & ipse nobis aperuit, &
es ipsa clamat. Quin maxima Sapien-
a, & imperscrutabili artificio singula-
um rerum multitudo & terminus.
uantitas & æquilibrium, dimensio &
ymmetria constent, nemo nisi insa-
nus hæsitabit. Et tamen hæc cuncta
Mundo neglectui adeò sunt, ut malit
numerare nummos, ponderare onera,
netiri metas suas & terrarum claustra,
quam Divinas harmonias inquirere.
mò ut se barbarum monstret, acutissi-
nas has disciplinas in quibusdã acrio-
ibus ingeniis tolerat potius, quam lau-
lat & fovet. Vilissima munia maximo
ere constant, ingeniosissima minimo
conducuntur, ac fame plærumque si
non fama saginantur. usque adeò desi-
bit Mundus, ut nec sua bona benè diju-
licet, & meliora postremo loco habeat.
Christianus optima quæque & inge-

niosissima sibi deberi arbitratur, non ut iis se submittat aut tradat, sed agnoscat se hominem, cui Deus rationis usum crediderit, quæ, annè evidentius alibi, quàm numerando, ponderando & dimetiendo animalibus præstat? Sed etiam machinæ hujus structura magis se per hæc instrumenta pandit, quam nunquam intueri, nunquam studiosè intueri beluæ sit non hominis, imò lapidis non beluæ. Quod si adhuc superior MATHESIS, devoto contemplatori illucescat, quæ illam inferiorem plenius exprimat; & concentus Divini *abaci*; divinæ *stateræ*; divini *baculi* se homini pandant, tum demum mortalitatis caligo dispellitur, & carceris nostri tenebræ discutiuntur, neque accidere homini divinius quid in terris potest.

XXXIV.

Creaturæ.

EXinde *Creaturarũ* inspectio succedit, quæ homini, nobilissimo Dei opificio, subjugatæ, *Officiorũ Christianorum* liber sunt, quo tam decoris,

uam debiti sui admonetur. Lux, cœ-
um, terra, astra, mare, animalia; atque
articularius, dies, Sol, Luna, meteora,
netalia, vegetabilia, pisces, aves, pecu-
es, Dei characteres sunt, quibus nos
e sua claritate, ordine, potestate, libe-
alitate, immensitate erudit, atque ad se
ocat, ut exemplo à creaturis capto,
onge quid præclarius & nostra præro-
ativa dignum præstemus & exhibea-
nus. Hos stimulos qui non sentit, pla-
è stupet; qui nihil creaturarum obse-
uio ad Dei sequelam irritatur, plane
ipes est; qui promptitudine earum nō
ccenditur, immortuus est. Christia-
us quotiescunque intuetur proprie-
ates, suum proprium in animum vo-
at, quod est *colere Deum*; quoties videt
nimalium metum, suum debitum a-
noscit, quod est *timere Deum*; quoties
œcunditatem omnium specierum in-
picit, toties fructus suos à se exigit, qui
unt *servire Deo*. Novit enim omnia re-
qua sibi deberi, se unum Deo; omnia-
ue liberaliter in nos impensa, ut mi-
us dubitaremus nos Deo reddere.

Amorem nempè Deus ſuum abundantiſſimum eſt per tot ſpecimina teſtatus, tantum ut redamaremus, & affectum in munificũ datorem; ſapientiſſimum rectorem, potentiſſimum conſervatorem; immutabilem propagatorem toti converteremus. Nam ſi pulchrum delectabile; bonum optabile; commodũ amabile eſt, quid ni pulcherrimum, optimum, feliciſſimũ, ex animo amemus, quæramus, apprehendamus, & in Deo tandem ſolidè *acquieſcamus.*

Huc confert alter hominis, velut terrenus oculus, *Phyſices* indagatio, humanæ ſagacitatis maximum argumentum, ſive verius, Divinæ communicationis certiſſimum teſtimonium. Creaturarum enim compoſitiones reſolvere; motiones obſervare; vires inquirere; atq; adeò in humani corporis uſum, ſub cœli conſenſu, & conſpiratione adhibere, id cujus excellentiæ ſub hac mortalitate ſit, dici non poteſt. Et tamen non minus hîc, quàm alibi, Mundus iniquiſſimus eſt. Solet enim vel impedire, vel turbare, vel ridere induſtrios

ſtrios Naturæ ſcrutatores, vel ſanè nunquam pro dignitate fovere. *Multa debemus antiquitati*, quæ indefeſſo labore plurima è terræ penetralibus velluti, marisque profundo eruit, pauca admodum nobis debebit poſteritas, cui vix vetera incorrupta relinquimus, novis inventionibus parum augemus. Omnia auri ſitis, & terræ luxus contaminat, ut dubitare nõ poſſimus, cur Deus minus faveat. Corpora noſtra in malis exercitia, & impuras functiones curantur, ut nihil miremur cur parum *Medicinæ*, Deus aſpiret. Chriſtianus tamen in hoc Dei ſui *laboratorio* deliciatur, & incompoſitos Mundi clamores ridet. videt Deum, tangit Deum, deguſtat Deum in creaturis ſuis, & admirabili ſuperiorum cum inferioribus, divinorum cum humanis conſenſu afficitur. Ita ſub terræ anatomia ſubinde Cœlum ſuſpicit, & innoxia curioſitate in ſtigmata Dei paſſim inquirit. Beatus ille, qui non pecudis inſtar hortos Dei populatur, & flores fragrantiſſimos juxta, ac elegantiſſimos calcat: ſed

humana lingua gustat, humanis nari-
bus olfacit, humanis oculis intuetur,
humano judicio dijudicat.

XXXV.

Soliditas.

NUllus Ecclesiæ hostis ab orbe na-
to satis capere potuit, qui fiat, ut
minuta Christianorum cymba nullis
fluctibus & sævissimis tempestatibus
demergi, nullis machinis dissolvi &
constringi possit; sed persæpè lacerata
atque perforata, interdum & undis ab-
repta, supersit tamen, & refecta navi-
gationem cōtinuet. Nesciverunt enim
hanc ejus esse *Soliditatem*, quam divi-
na Omnipotentia ei contulerit, ut ad-
versa omnia superare & frangere, atque
adeò Patientiâ vincere possit, alioquin
plus millies interitura. Itaque cum diu
se fatigassent tyranni, & furoris arma
absumsissent omnia, tandem immersa-
bilem navem agnoscentes, pudore &
tædio desperarunt, neque qui renova-
rent infaustos conatus reliquêre feli-
ciores. Semper namque major & me-
lion

ior resurgit Ecclesia, quoties prosternitur, & cum integra imperia ad internecionem usq; deleri possint, hic exiguus cœtus occidione vivit, & interitu crescit. Nulla laniena formidabilior est quàm securitas, qua tepescunt Christiani, dum sub sanguinis profusione calent. nulla pax religiosa optabilior quàm quæ Divino consensu sancitur, dum terrenæ infideles sunt, & captiosæ. Itaque Christianus hanc ratem conscendit quam novit nullis tormentis cōminui, nullis armis expugnari posse, atque adeò parum interesse, quo numero cum suis mortem subeat. nam quod alioqui Naturæ debet, laudabili lucro Ecclesiæ impendit, ut sui etiam interitus usum ac laudem capiat. Sanguine enim irrigandus est Ecclèsiæ ager, ut fructus uberiores ferat, quem quisquis fundit verus Antichristus est, & ultorem Deum provocat: quisquis *porrigit* ex veris Christianis est, & inultus nunquam erit.

Multis persæpe miraculo fuit *unum* hominem tot periculis & impugnationibus superesse, & tam variè petitum,

tanta multitudine circundatum, ne tangi nec comprehendi posse; sed universa potius regna fatigare, & integris se exercitibus nulla sui læsione opponere. Id vero *salvi conductus* cœlestis opus est, & Divinæ soliditatis specimen: cum Deus organis suis maximi momenti negotia committit, & dum illi masculè agant, securitatem promittit ac præstat, ut non nisi re felicissime expedita cadere possint, sed invitissimo Mundo stare, & nullis sauciari sagittis debeant. Hæc superna custodia, quam *nō vult Deus* appellare possimus, Christiano instar ahenei muri est, cum non quid displiceat *Mundo*, sed quid placeat *Deo*, non quid minetur Mundus, sed quid promittat *Deus*, non quàm impetat Mūdus, sed qui defendat *Deus*, id curat, ac *Dei* voluntate arbitrioque stat & cadit. jubet Mundus tacere, at non vult *Deus*; tendit Mundus insidias, at non vult *Deus*, parat mundus infamiam, at non vult *Deus*, decernit mundus mortem, at non vult *Deus*: itaque inconsulto & dissentiente *Deo* vanissimus

mus eſt mundus. non enim quod libet id poteſt, alioquin dudum in Chriſtianos acturus triumphum, ſed quod per Deum licet: imò quod Deus vult, id quicquid ringatur, debet. nec enim voluntas Dei intra vota ſubſiſtit, ſed potentiſſimè urget, imperat, ſimulque efficit, ut qui ſe huic ſecuriſſimè commiſerit, non prius à Mundo, minimo digitulo tangi, aut extrema parte lædi poſſit, quam id Deo conſultum, & expediens videatur.

XXXVI.

Poſſeſſio.

SI illi quondam veriores opes jactare potuerunt, qui omnia ſua ſecum ferre affirmarunt: quanto æquius id Chriſtianus faciet, qui æternas gazas, & incorruptibiles theſauros *intra ſe gerit.* Omnia nempè reliqua hujus Mundi aliena ſunt, & nos nunquam poſſeſſores faciunt: unum id verè noſtrum eſſe poteſt, quod Chriſtus dono dedit. Hæc certiſſima poſſeſſio adeò amicos Dei ditat, ut quoquo eant, quo

etiam ſint loco, nunquam indigean[t.]
Hanc *Partem optimam* Servator dixi[t,]
quæ auferri nũquam poſſit, eam qu[am]
negligit mundus & viliora eligit, inſa[-]
niam prodit. Quid enim ſuum pote[ſt]
dicere, quod paulò ante ab aliis acce[-]
ptum, in exiguum momentum com[-]
modatum, mox ad alios transmitta[t?]
Edit hodie ut æternum eſuriat, bibit u[t]
in omne ævum ſiti torqueatur, hocci[-]
ne eſt poſſidere! quibus ſingulis mo[-]
mentis excidere potes, ac in omnia ſe[-]
cula carere debes? Non ita Chriſtianu[s]
cujus pars Deus eſt, cujus portio æte[r-]
nitatis cohæreditas. His ſumtibus MUN[-]
dum peragrat, neque unquam prædo[-]
nes aut piratas metuit, nunquam exa[-]
reſcentes loculos timet: Ubi ubi eſt, nõ
hominum, ſed Dei veſtigia reperit, &
merces ſuas omnis naufragij ſecura[s]
exponit, ac cum piis cõmunicat. Et u[t]
lumen infinitas alias accendit cãdelas[,]
ipſum nihil minuitur: ita fortunatu[s]
hic *Mercator* innumeros alios cœlico
igne inflammat; ſuo nihil demitur, ſed
inextinguibili luce, tum cordis ſui pe[-]
netral[ia]

netrale illuminat, tum aliis etiam ita prælucet, ut recte facta ejus homines videntes, collaudent nostrum Patrem, qui est in cœlis.

Pudeat Christianos ab Epicteto servo homine libertatem addiscere, & quid *in nostra potestate* sit, quidve alienæ, audire. Sed omninò supra omnes gentiles proximè Christianis locutus est, usque adeò sua nemini subijcit, aliena neutiquam appetit; usque adeo cordatè omnem suam Philosophiam in duo verba contraxit Christiana, *sustine, & abstine.* Decet autem maximè nos eam rationem inire, qua hanc vivendi serenitatem nō æmulemur tantum, sed superemus; & in Christo majorem securitatem, tranquillitatemq́; obtineamus. Ut opiniones, appetitus, desideria, aversationes, & quælibet nostræ actiones, in nostra manu, & imperio sint, neque alieno arbitrio regantur. utque certò nobis infigamus, nihil rerum terrenarum ad nos propriè pertinere, nec prodesse nec obesse posse, sed corpori tantum, vel externis rebus,

aliquid addere aut detrahere. Cumque videamus quàm etiam inter Paganos cordatiores nihili fecerint hunc Mundum, & animi libertatem, omnibus coronis prætulerint; Christiani nunquam commiserimus, ut quibus adhuc præclariora in cœlis reservata sunt, nostrã nobilitatem hic sponte terreno jugo commaculemus, & dum obtinere in res omnes arbitrium possimus, nullique rei subjecti esse, ab alienis judiciis pendeamus, & sententiam æstimationemque ineptissimarum rerum, ab ineptiæ Rege mũdo, expectemus. Quin potius cum Philosophus dicat: Me Anytus & Melitus occidere sanè possunt, lædere verò non possunt, nos cũ Christo gloriemur. Corpus nostrum Mundus & Satan tentare & affligere sanè possunt: animam verò subijcere, & Christo servatori eripere non possunt.

XXXVII.

Satietas.

ISTuc etiam facit Christianorum *satietas*, quæ non grandia hujus terræ com-

complectitur, ſed in minimis ſubſiſtit, & pauciſſimis eſt contenta, quisquis enim Panphagiâ laborat, ei hujus orbis cũcta triclinia nentiquam ſuffecerint; at qui ſaturitate vera, omnia ſua terminat, ſemper habet ubi ſubſiſtat & deſinat. Multis equidem hæc animi humani fames imponit, non usque adeò malis, qui eruditionis, ſcientiarum, lectionis, indagationis, contemplationis, peregrinationis, librorum, artificiorum, ſupellectiliumque ſatis habere nunquam poſſunt, & *plus ultra* ſemper ingeminant, neſcij hunc noſtrum ardorem *ſubtrahendo*, non *addendo*: *dividendo*, non *multiplicando* curari, & reſtingui poſſe. Nam ut ignis non minuitur, ſi ligna addas, ſed ſubducere ea opus eſt, ſi extinctum velis: ita animum tuum nunquam vel videndo, vel audiendo, vel poſſidendo etiam, fatigabis, quin alia, atque alia ſubinde appetat. ſed oculos, aureſque obturando, atque temet *Chriſto includendo*. Ita fiet ut ſatis nobis ſit honor moderatus, exiguus, nullus; ſatis ſint nummi frugales,

pauci, nulli; ſatis ſint amici tres, unus, nullus; ſatis ſint vires contracti, exiles, nulli; ſatis ſit fama lenis, ſuſurrans, nulla; ſatis ſit caſa modeſta, minuta, nulla: ſive ut pauciſſimis rem omnem expediam: ,, ſatis ſit quicquid aſſignaverit Deus, quocunque loco, tempore, nomine, ſtipendio, teſtimonioque ſtare Deus voluerit. Satis ſit aliquid eſſe, ſatis ſit parum eſſe, ſatis ſit nihil eſſe, ſi ita Deo videatur & nos magnos eſſe noluerit, aut conſpicuos. nam ſi ille præciſis manibus in prælio invenit, quod partibus conferat, qui ſtat tantum & clamore juvat; nos, ſi quos Mundus ſubmoverit, nõ ſtemus, & clamore juvemus? ſi quis fauces oppreſſerit, non ſtemus tamen, & ſilentio juvemus? *auditu enim, viſu, vultu, nutu, obſtinatione tacita, inceßuq; ipſo Chriſtianus prodeſſe poteſt.*

Chriſtianus igitur ut ſe *filium* Dei monſtet, quovis cibo quem Pater ſuppeditat lætus, acquieſcit, neque fercula alia, nullum conclave aliud, nullas veſtes alias, nullum etiam nomen aliud

quæ-

quærit, quàm Patris ſui familia fert. Imò ne quid nimium corpori tribuat, aut ferocire illud, luxuriarique patiatur, multa ſubtrahit, licitis, placitisque abſtinet bonis, & moderatis jejuniis ſe cohercet. Mirum foret permultos Chriſtianorum hujus rei nihil ſcire, vel tentare, niſi vivendi felicitas, & Mundi conformitas, jam dudum in hanc Religionem eſſent recepta. Itaque liberius interpretanda ſunt atque accipienda Chriſti verba, quæ toties ac tam anxiè nobis jejunia inculcant. Quæ etſi in ludibrium Romana Tyrannis convertit, neſcio tamen an reformatio hanc edacitatem, & bibacitatem reſtitutam voluerit, quæ hodie in deſpectū Quadrageſimarum eſt in uſu. Temperantia certè Chriſtianos ſemper deceat, ſed interdum *abſtinentia* non dedeceat. Quæ Bacchanaliorum inter Chriſtianos fœditas & infamia ſit, ſine horrore dici non poteſt, & optimus quisque ad ea meritò contremiſcit. Sed non minus noſtra feſta, ſolennia, gaudiaque omnia plurimo vino, ac exinde aſotia con-

constant, ut vix videamus cur Christi-
ni nihilo alijs sint compositiores. E
hæc usque adeò invaluerunt, ut qui e-
mendare velit, videatur Mundi com-
pages velle dissoluere. Dum enim illi
omnia mitissime interpretatur, & d
facilitate Dei confidit, Religio Chri-
stiana patitur. Itaque & sacra sua inte
cyathos ac lances peragit, & distent
ventre ad cœlorum portam titubante-
que gressu tendit. Christianus vero ex
tenuato corpore, Spiritu ebrius tam li-
benter à Mundi dapibus sibi temperat
quam cibos Dei famelicus appetit.

XXXVIII.

Acquiescentia.

STultorum omnia plena habet Mū-
dus, & tamen Sapientiam jactitat
Sapientum omnia plena habet Chri-
stus, & tamen stultitiā profitetur. Quis
autem credat illos desipere, qui hujus
terræ regimina, formationem, cultu-
ram, anatomiamque sibi sumpserunt,
eaque magnis phaleris procurant. Et
quis hos sapere putet, qui uxores ha-
bentes,

bentes, perinde ſunt ac ſi non habeant: qui plorant, ac ſi non plorent: qui gaudent, ac ſi non gaudeant: qui emunt ac ſi non teneant: qui ita utuntur hoc mundo, ne abutantur. Atqui illos ſapientia ſua valide torquet, & ſpeculationum æſtus miſerè exercent, hi ſuâ inſipientiâ *acquieſcunt*, & optimè habent. Mundus manus oculatas vult, nec credit niſi videat, Chriſtianus usq; adeò inviſibilibus, abſentibus, & futuris innititur, ut ob ea viſibilia, præſentiaque d dignetur. Mundus rationes exigit; Chriſtianus nudis Dei verbis confidit. *M*undus obligationes, pignora, & vadimonia vult; Chriſtianus fidem Dei inſtar omnium habet. *M*undus varia experimenta requirit; Chriſtianus Divinæ certitudinis conſcius eſt. *M*undus cæremonias multas adhibet; Chriſtianus nuda ſimplicitate delectatur. ita ut facilius univerſæ Eccleſiæ à Deo ſatisfiat, quã *M*undani unius ſupercilio, ſcrupulis, & moroſitati. Chriſtianus enim ſemper habet cur Dei verbis credat, pareat, & ſe ſubmit-

tat, cum *Mundo* nunquam desit qui interroget, dubitet, excipiat, distinguat, & tergiversetur. *Multa* sunt quæ non capimus, quæ non intelligimus, quæ non bene dijudicamus; sed ob id cum Deo altercari, crimen est. Acutissimus ille, cui vox una Dei omnes nodos dissolvit, omnes objectiones refutat, omnem hæsitantiam excutit, ut strepera illa *ratiocinus* loquacitas obturetur, discatque *in uno acquiescere.*

Nullum majus & turpius mõstrum Sol unquam vidit, quam hominem *blasphemum*, qui adverso aliquo casu offensus non tantum irascitur Deo suo, sed eidem etiam immaniter maledicit. Est hæc publica Christianorum pestis, à qua etiam Saracenos abhorrere ferunt, & ad quemcunque etiam tristem & molestum eventum Deum laudare. Magna utique infamia nostra est, in fri[?] omnia delicta hoc prægrande facinus, hoc impudentissimum scelus castigari, imò vix multis in locis annotari. Christianus certè nunquam ausit Deo suo obloqui, ne dum os blasphemum opponere

ponere, cũ ſciat uno ſe momento poſſe à Deo cõteri, ſive in barathrum præcipitari. Nullum vitium unquam allubeſcat, ſed ad hoc flagitium extimeſcat, nullum peccatum veniam habeat, ſed hoc piaculum in mentem non veniat. Quid enim id ſit, cur Deo ſuccenſeamus, qui ſi omnes perderet jure ſuo ageret, nũc etiam benefaciens à contumelia per nos tutus non eſt? quid etiam adimit, quod non prior dederit, quod nõ largiore modio ſit redditurus? quid imponit, quod nõ è re noſtra ſit, ac paulo poſt cum fœnore factum eſſe, appareat? quid etiam Mundus univerſus habet, quod cum Dei injuria poſſit conferri? O homo diverbera os tuum malignum, ſi unquam auſum eſt in Deum probra conijcere. Vapula lingua ſcelerata, vapula, vapula, quæ non erubuiſti Deum tuum impetere, linge ſalivam tuam qua Deum conſpuiſti, reſorbe & degluti venenum, quod in Deum ejeciſti. O Chriſtiane circumcide labia tua, ne unquam jubenti Creatori aliud reſpondeant, quàm *benedictum ſit nomen.*

men Domini. Hoc demum ſit acqui-ſcere, ſi non tenuia tantum admitta-mus, ſed etiam duriora è Dei manu ſu-ſcipiamus, ſimusq; tam promti ad ter-ga flagellaturo denudanda & obver-tenda, quam mobiles ſumus manu porrigere ad donaria ejus excipienda.

XXXIX.

Potentia.

VIdimus *Iuſtitiæ* & *Miſericordiæ* vias; ſupereſt *Potentiæ* ſemita, quam Deus in ſacro ſuo regimine, oc-cultatis licet viribus oſtendit. Eſt au-tem omninò diverſiſſima hujus à Mun-do ratio, nam cum hic niſi violenter, & magna impotentia nihil agat; Deus pa-tienter ſua inſtituit, & peragit: mundus agat cum faſtu & tumore; Deus huma-litate omnia tractat: Mundus cogat, & invitiſſimis imperet; Deus perſuaſio-nibus res maximas efficit, & volentes regit. Unde nota veræ Eccleſiæ facta eſt, nullâ hic magnitudinis *apparenti*-conſpici; nullis legibus, & politicis re-gulis eſſe *formidabilem*: nulla vi & frau-de a[...]

e *armatam* esse:non enim de hoc Mũ-
o regnum Christi est, qui nisi fasces,
oronasque gerat,nisi gladios,& hastas
ibret;nisi carceres,& compedes fabri-
et;nisi famâ, & opibus niteat; nisi do-
s,& laqueos nectat, nisi licentiosè &
issolutè vivat,nihil egisse, nullumque
onstituisse regnum sibi, aut religio-
em instituisse videtur.Christus è con-
a *patiendo mundum subjugavit*, non
tronum catervâ, aut militum cohor-
bus, non Politicorum satellitio stipa-
us,sed martyrum strage circumseptus,
uod nemo unquam nisi homo-Deus
cere potuit. Ad hanc se potentiam
hristianus componit, nec unquam
xpectat, ut Christus terrenũ aliquod
nperium constituat, ubi à dextris vel
nistris amicus assidere, ac reliquis jus
icere valeat, sed crucis regno se no-
nen dedisse, nec aliud quam varia af-
lictionũ genera expectanda,ex Chri-
tiani imperij tabulis jam ante cogno-
it,& didicit.

Multos bonos, jam ab aliquot secu-
is, hæc opinio exercuit, fore ut ante
Mundi

Mundi finem, Christus *regnum aliquod Christianum* sibi ex optimis colligat, & impietati terrenæ imperet, fueruntque aliqui eò progressi, ut annos futuri hujus summi imperij annunciarent. Magna utique hujus negotij lubricitas est, quæ etiam haud paucis illusit: tamen si qua sub Dei metu conjectura fiat, non planè ea contemnenda est. Prævide-rũt sanè sub Ecclesiæ onere multi Deo dilecti liberationis felicitatem, & infamis tyrannidis excussionem, quod plę-risque tum ridiculum imò & impium visum est. Qui tales ridere solent, ajunt aureum seculum expectare, ubi omnia sint ex voto futura. Et certè quid possit, aut velit Satan, Monasterij in Westphalia impudenter ostendit. Christianus quæ non capit, non temerè abijcit, si nihil contra rem Christianam moveant. Multas imagines revelationis Johanni factæ nemo nobis hucusque dexterè explicavit, & rebus nostris adaptavit, quas tamen multũ etiamnum portendere, credibile est. De judæorum in viam reditu; de impiorum exci-

dio,

o, de Gogi & Magogi expeditioni-
us, de Beſtiæ caſu, multa clariora no-
is annunciata ſunt, quàm ut omninò
egligi à nobis poſſint, aut ad res præ-
ntes vel præteritas pertrahi. Interim
hriſtus ſeneſcentis Mundi caligines,
alamitatem, gelu, terroresque, ac judi-
i ſui inopinatum interventum præ-
ixit, quæ cum illa ultima felicitate pa-
m convenire videntur. Quicquid
us eſt, *toleremus nos mutuo* Chriſtiani
quis in unam, alteramve ſententiam
agis inclinet, dum in fidei Chriſtia-
e unitate conſpiremus. Chriſtianus
tis benè in Deo ſemper habet, ſatis
alè in Mundo, nec aliud in votis prius
otiusque habet, quam *diſsolvi & cum
hriſto eſſe velle.*

XL.

Miracula.

VIrium Chriſtianarum evidens teſtimonium eſt, *miraculorum*
onum, Orbem converſuris, & Idola-
iam deſtructuris conceſſum, cujus et-
mnum in devotis Deo, veſtigia ſu-
perſunt.

persunt. Sed intervenerunt Antichristi præstigiæ, quæ Mundo jam delirante efficaces errores intulerunt, cum falsis portentorum, prodigiorum, miraculorumque generibus omnia implerentur, & errores vis magna orbem occuparet. Nec tamen hanc gloriam Christiano quisquam eripiet, suæ religioni licuisse contra & supra naturam, quod nemini unquam mortalium cõcessum fuerit, *Curare verbis*, omnes desperatorum morborum species; & quod mortalitatem omnem excedit, resuscitare mortuos, atque expellere Dæmonas. Majoris hæc imperij sunt, quam ullus Monarcha jubere ausit, aut sperare, ac omnino conspicuæ Divinitatis, quæ hanc potentiam communicat. Nulla id Religio in animum inducere ausa, nisi per illusiones, & imposturas, quæ tamen ipsæ Christiani conspectum non sustinuerunt. Hodie miracula Dei non minima sunt quæ utut Mundus dissimulet, & elevet, non potest tamen hoc obtegere, ingenti miraculo *Ecclesiam* contra tot conatus, insidias, stratagemata,

nata, furores, ligas, & Loilolatarum fa-
tionem ſervari & defendi. Sed etiam
intra ſe Chriſtianus miraculoſam Dei
manum experitur, quæ nunquam ceſ-
ſit, aut cum gentilium oraculis deficit.
Mira Deus quotidie agit, quæ non ob-
ſervamus, nec æſtimamus, cum de ter-
renis commodis, quàm Divino regno
& conſilio ſemper ſimus magis ſoli-
citi.

Cum in nomine *Ieſu* omnia admi-
randa Sancti Dei perpetrarint, non uti-
que illud nobis prætermittendum eſt.
Adorabile nomen, admirabile nomen,
delectabile nomen, ad quod omne ſe
genu flectat cœleſtium, & terreſtrium,
& ſubterraneorum. quod verè mirifi-
cum verbũ, & in ſe ſapientiam omnem
comprehendens. quod omnis conſola-
tionis, & divinæ voluptatis eſt brevia-
rium. *Ieſu* nomen reſonant cœli: *Ieſu*
nomen tremefacit infernum: *Ieſu* no-
men ingeminant ſancti; *Ieſu* nomen
exhorreſcunt damnati: *Ieſu* nomen co-
mitantur Angeli, *Ieſu* nomen fugiunt
dæmones: *Ieſu* nomen veneratur Ec-

clesia: *Iesu* nomen vitat Mundus: *Iesu* nomen sapit Christiano: *Iesu* nomen torquet prophanum: *Iesu* nomen ad fert bonum: *Iesu* nomen pellit malum quid laboramus! Cœli cœlorum no explicant nominis *Iesu* admiranda, ne Majestatem ejus capit hoc universum O *Iesu* persuavissimum nomen tuum fave Christiano. O *Iesu* per miraculo sum nomen tuum sana Christianum O *Iesu* per potentissimum nomen tuū defende Christianum. O *Iesu* per salu berrimum nomen tuum, libera Christianum. O *Iesu* per mitissimum nomen tuum, suscipe Christianum. It *Iesu* nomine beatus, integer, fortis, li ber, & acceptus Christianus, non tam miraculis Dei ovabit, quàm novo Cœ li succursu, & creaturarum obsequio corpore nullis Sathanæ toxicis obno xio, morbisque carnis subjecto: robo re ad omnes insultus invicto, & adver sis superiore: animo cunctis laqueis ex emto, & carceribus subtracto levato que: anima denique ad cœli possessio nes adoptata, ipse Mundo erit miraculum.

Aeter

XLI.

Aeternitas.

INter omnia quæ Chriſtianũ mundi hujus negligentem maximè faciũt, id præ reliquis movet, quod *temporaria* cuncta ſunt, & ad exiguum temporis duratura. Nihil ſtabile hæc terra habet, omnia in motu ſunt, & cum aliquandiu apparuére, *abeunt, pereunt,* & *evaneſcunt.* Ita Orbis imperia nata, denataque ſunt, poſtquam exiguum ſpatium ſingula ſunt emenſa. Quid igitur homo de ſe expectet, pugillus terræ imò pulviſculus, cujus ſumma ætas infra centenos annos eſt: quid etiam angatur, cui ad ſingula momenta, exeundi ſpes data. Sive agendum quid eſt, ſive patiendum, absq; diuturniore mora id fiet. unus alterque annus, dies, hora, minutum, omnia terminat. Hinc Chriſtianus nihil videt aliqua anxietate aut deſiderio dignum, ubicunq; nihil *æternitatis* reperit. Honores, opes, voluptates, fama, & hujusmodi ut ſomnium prætereunt, niſi quod plærumq́; ama-

ritudinem, & suæ inanitatis pudorem ac tædium post se relinquunt. Pudeat ergo hæc peritoria & transitoria, vel studiosè appetere, vel ægrè dimittere. Pudeat unius minuti strepitum tot animæ corporisque dispendiis emere. ut enim ignes missiles, multorum dierum labore, & insanis impensis parantur, exiguo momento disparent: Sic qui suas occupationes in terræ ineptias confert, quæ dicto citius displodantur, & in fumum abeunt. Æternitas verò, æternitas, generoso animo digna est, cui omnia sua tribuat, cujus beatitudinem omni studio & conatu appetat & ambiat; cujus tormenta quovis precio effugiat, & evitet. Satius quippe est ad *breve* tempus egere, ut *æternûm* possideas: quam dubia possessione, ad dies aliquot deliniri, ut in omne ævum indigeas. Hunc enim ut meritò mortalium insipientissimum dicimus, qui exigui temporis voluptatulam æternis cruciatibus emit: ita veræ sapientiæ agnoscemus, temporalium jacturâ æterna lucrari, imò potius *temporalibus, ad æternitatem opportunè uti.*

Qui humanæ vitæ brevitatem factis extendere, & memoriæ templo inscribi volunt, variè se torquent, ut nominis immortalitatem obtineant. Hinc alij pervigilibus lucubrationibus ingenij sui subtilitatem posteritati commendant, alij manuum industriam & artificia relinquunt, alij sumtuosis & magnificis structuris se insinuant: singuli scilicet optimam, quod aiunt, sui partem ad futuram ætatem transmittunt. Christianus nihil tale anxiè curat, sed potius *Vale mundus*, in ore corde que semper habet, velletque hinc abiens suam etiam memoriam mundo posse eripi. Ingrata terra, ne nomen quidem meum habebis, ait, atque totus è mundo exit. Sed aliud superest, quo se immortalem reddat, *eleemosyna*, non illa certè, quæ tubas vult, tabulas, campanas, regulas, statuta, anniversaria, elogia, & ejusmodi streperæ liberalitatis appendicula & hederas, sed quæ sinistram etiam dantis manum lateat, ac uni Deo conscia sit. quæ in locum tot conviviorum, & symposiorum cedat,

quæ pro ædium & supellectilium luxu sit: quæ non supervacuis nummulis, sed Christiani substantia constet, quæ denique non muta potius, quam viva & vera templa Dei ornet. Sed desine sperare quisquis hoc à nostra ætate expectas, quæ majorũ simplicitatem etiam hoc correxit, & ejuravit quod à sacratis Deo non manus abstinet, tantum profecit, ne rursum nimia eleemosyna erret. Leges in pauperes quotidie fiunt; excogitantur indies novæ invadendi sacra rationes & occasiones, mutatur & evertitur majorum pia voluntas: devota fiunt devorata. Quid dicimus, Religiosissimus factus est Mundus, quia religiosa depascit. At ô miserum si quõdam ad Christi tribunal neminem qui se ab eo pastum, potum, vestitum, susceptum, invisum, consolatumque fateatur & testetur: plurimos qui se fame si iique enectos, exutos, ejectos, & derelictos conquerantur, reperiat.

XLII.

Anima.

RIdet Mundus, cum videt Christianum corpori suo usque adeo durum, ut nihil hujus terræ voluptatum degustare sinat, ac velut qui vivere nesciat, despicit. Sed omninò ita fieri necesse est, quisquis *animā* suam salvam vult. Nam cum hæc corpori ea lège cōjuncta sit, ut in illud imperium habeat, corpus è contra animę fideliter serviat, nihil est quod corpori magis allubescat, quam animæ excutere jugum, ac eidem durissimas leges dare. Cujus is est finis; ut corpore aliquandiu sese inter voluptates volutāte, & tumultuante, anima simul hoc fimo inquinetur, ac gehennæ suppliciis utrinque tandem addicantur. Contra fit, ubi anima corpus cohercet, hoc enim quia fœdæ originis suæ facilè obliviscitur, & in superbiam suâ naturâ declinat, nunquam vel ad conversationem solutiorem, vel opes largiores, vel victum lautiorem sine fiscella admittendum est, ne sagi-

natum viribus crescat, & animæ recal-
citret, sed lupato frenandum, & ad de-
bitos labores adigendum, quo ad Di-
vinas structuras suum depensum con-
ferat. Hæc *Christiani schola* est, in qua
proficere pluris facit, quam vel Regna
subegisse, vel exhausisse scientias, cor-
pus scilicet habere ad Divina jussa ob-
sequens, & in hoc ergastulo suo nihil à
seipso indecorum pati. Hoc ne epule-
tur, & anima contabescat? Hoc vage-
tur, & anima in vinculis sit? hoc de vi-
ctâ & conculcatâ animâ triumphet, ac
secum ad tartara infeliciter trahat? Nō
hoc Christus sinat, non hoc Christianus
audiat: sed libertatis suæ memor, ser-
vum corpus, & ad metallum hujus ter-
ræ ob peccata damnatum, servilibus
operibus exerceat; sudori & algori as-
suefaciat, à Mundi feriis, commessatio-
nibus, choreis & excessuum illecebris
aliis abstrahat, tandemque ad ea, quæ
Deo placent, & animæ proficua sunt,
facienda, agile & paratum reddat.

Neque tamen *anima* hîc nectare
suo, & ambrosia caret. nam quæ omnia

terrena

terrena dedignatur, ac nihil ſe dignum reperit, cælitus paſcenda & reficienda eſt. Huic divinæ rei ſe *Chriſtus* ipſe dedit, qui *ſacro ſancta cœna* ſua admirabilem paſtum, potumque inſtituit, dum ſub pane & vino, *Corpus* ſuum, quod pro nobis paſſum, ſanguinemq; ſuum, qui pro nobis effuſus, communicat & tradit, ut non tantum in ſpem futuræ beatitudinis erigat, ſed etiam reali præſentia, animam confortet, recreet, animet, atque ſacratiſſimo hoc convivio exhilaret. Hoc impij nunquam impune veſcuntur, pij & fideles infinitâ voluptate afficiuntur, adeò ut omnes terræ epulas facilè abhorreant, ac animæ ſuæ ſatis proſpectum, ſatis deliciarum paratum agnoſcant. Heu tamen mentis humanæ caliginem, cum hoc ipſum concordiæ Chriſtianæ ſymbolum, fratres diſtraxit in varias partes, quarum plætæque ſibi magis credunt quàm Chriſto, & in verbis ſcrupulari, quam ſanctiſſimis & myſterio pleniſſimis ſpeciebus uti volunt. Illi ipſi etiam, qui Chriſto fidem ſimpliciſſimè habere ja-

ctant, quàm frigidi, quàm rari, quàm polluti convivæ accedunt, quàm cœlicas dapes mox iterum eijciunt. Horrescit animus ad tam frequentissimam perfidiam, quæ in consuetudin. m abit, ut nihil eorum serves, quæ *Christo hospiti* promiseris. Christianus quoties hanc mannam, hũc animæ suæ cibum gustat, facit autem id quàm potest, sæpissimè; toties obstupescit Christi amorem, qui his preciosissimis dapibus humanam indignitatem est dignatus; toties co. pori suo gratulatur, quod divinum hospitem excipere, admissum sit; toties ad novam fidem, novum obsequium, novum amorem, novam constantiam erigitur, stimulatur, accenditur, & firmatur.

XLIII.

Solus.

THeatrum orbis terrarum, quo populosius est, eò magis sibi placet, & ludos suos lubentius edit. Unde qui ad hos strepitus assuefacti sunt, turbâ gaudent, nec unquam nisi tristes

sol

soli esse possunt, aut sodalibus carere. Pendet enim vox illorum à publica voce, ingenium, moresque à publicis consuetudinibus, nec proprium quicquam habent, omnia cum vulgi consensu vel dissensu sunt connexa. Secus facit Christianus, qui *solus* esse potest, imò cum in maxima turba, tum solus est maximè. Pellitur enim tot clamorum, vanitatumque compressione, & collisione intra se, cum fieri non possit, ut quicquam eorum probet, sed ab omnibus dissideat. Nihil enim nos sociat, aut conjungit, nisi eadem opinio, eademque sententia, quæ si aliena sit, jam in integro exercitu, solus es, & separatus. Multos fefellit consilium, cum fugere mundum, & vitare hominum colluviem vellent, non animadverterunt *secum portare* MUNDUM, & cor ipsum, impuritate esse exundans. Qui deserere terram vult, terræ æstimationem deserat, ejusque consensum, & mox in solitudine etiam, ingenti populo stipatus, erit. Nunquam se minus Scipio solum dixit, quam cum solus

nunquam se magis in concione esse quam in concione, Christianus dicere possit, qui animum ab omni connexu liberavit. Ac ut Socrates in foro inter ementes & vendentes optimè habuit: ita Christianus inter consonos & dissonos, suaviter suus est. Sanè fortioris animi habendum cum videatis in publico esse, tecum posse habitare, quam ut te colligas, abdita & carceres ut adhibeas, oportere. In Mundo nos fore Christus prædixit, *de mundo esse prohibuit*, ne dum extra mundum esse fingimus, nobis novum aliquem, non minus ingratum Christo mundum in antro nostro effingamus.

Eo usque progressa est humana temeritas, ut etiam *conjugio*, (certissimè Dei instituto) sibi interdixerit. Certè ut Platonis fastum ille calcabat, sed alio fastu; ita mollities humana depelli voluit alia mollitie. habet hoc vitæ genus quam ullum, amaritudinis plurimum, sed quæ regni Christiani incrementis, & fideli societate abunde cōpensatur: nemo igitur mutet, quod Deus sapien-

er diſpoſuit, & Naturæ vim nullam faciat, ubi juſſa Divina abſunt. Illud tamen fortaſsè incorrupta adhuc Antiquitas voluit, non ſpontè corpus matrimonio ſubijciendum, quod etiam num liberum eſſe poteſt, nec *virginitatis florem*, conjugij fructibus usque adeò poſtponendum. Sed etiam ipſam conjugalem vitam caſtam, & moderatam perſuaſit, ac abſtinentiâ interciſam, ne videamur minus Deo, quam nobis vacare velle, & officium omne œconomiâ terminare. Habeat ſibi domus ſuas occupationes, ſed etiam ſuperſit, quod detur precibus, jejuniis, abſtinentiæ. caleat honeſti amoris focus, ſed non ſemper flagret, & ſacra etiam, Deoque debita holocauſta conſumat. Neſcio autem quam multi metuant, ut in matrimonij decus injurij ſint, ſi virginitatem probent, & commodent: quaſi carnis luxurie nihil ſit ſanctius, aut divinis juſſis propinquius. Certè ſi laudem habet, non pro ſiti, merum ingurgitare; non vitio vertatur, haud pro ardore affectato, varièq;

irritato, laxare frena, ſed potius media quibus avocetur, & in delectabilia alia dividatur, adhibere juvet. Cum enim inter Dei donaria etiam *caſtitatis* ſit, nemo id quidem ſibi ſponte rapiat, ſed tamen nec ille hoc illibato flore dignus eſt, qui nullo deſiderio, nullo conamine, nullis etiam adminiculis offerenti Deo manus porrigit.

XLIV.

Seceſſus.

EN ergò ſive caſtitatis conjugalis, ſive puritatis virginalis remediũ, *Seceſſum*, quem veteres maximi fecerunt, nec contemnere homo Chriſtianus poteſt. Is eſt revocatio animi ad ſe, ſive intra ſe, cum ſepoſitis exterioribus, in te inquiris, & ut facilius poſſis, à turba, & ſtrepitu abis. fieri id poteſt, quotiescunque vacabit; maximè vero cum Natura ipſa ſilet: fieri id poteſt cũ mora, & pertinacia; interdum uno momento peragitur. Nempè ut preces ſunt nonnunquam productæ, haud rarò jaculatoriæ; ita hic mentis ad Deum ſeceſ-

cessus, pro turbationum mole termi-
natur. Nemo inexpertus credat, quàm
hoc examen hominem exoneret, com-
ponat, mitiget, satiet, refrigeret, erigat,
erudiat; pudefaciat etiam, increpet,
præmoneat, atque variis modis bene-
faciat. Facilè namque nobis imponit
corpus, versutissimum animal, ut pute-
mus hæc illaq; facere vel omittere esse
necesse; hæc aliaque consulta vel no-
xia videri, quæ si ad hoc secessus nostri
examen, extra vulgi conspectum &
clamores, ac sepositis fucis, illinimen-
tisque adducantur, longè aliter com-
parebunt, & judicium exactius acci-
pient. periculosissimum est enim, ex
tempore cum MUNDO agere, neque ha-
bere otium Deum consulendi, qui in
secessus senatu *præses* assidet. Ac sanè
nunquam ab hoc *judicio* Christianus
redit, non redditus instructior & cau-
tior, tantum interest Deum *consiliariũ*
habeat, an sibi fidat. nam qui monitus
est de carnis dolis & simulatione, mi-
nus ei credit, minus permittit, magis
etiam deprimit & sacra custodia obser-
vat;

vat: qui ſententiam cœlicam exquirit tutiſſimè omnia ſua peragit. O beatum & auſpicatum *conſiſtorium*, ubi conſcientia accuſat, Spiritus confitetur, caro deprecatur, Angeli condolent, Chriſtus intercedit, pœnitentia corrigit, Deus abſolvit.

Quid eſt quod apud nos ſoli multa præclara meditamur, multa cordata in animum inducimus, multa recta proponimus nobis, atque adeo Deo pollicemur, quæ ut primum *eximus* à nobis omnia *obliteramus & dediſcimus*? nempe illud D. Auguſtini modo, ecce modo, ſine paululum, quod ſancta propoſita ſua tardaſſe queritur, detinet, donec modo, & modo non habeat modum, & ſine paululum in longum eat. *Reſolutio* inquam deeſt, quæ motus Divinos aggrediatur & exequatur, ſine qua nemo unquam Deum etiam plus millies auditum, eſt ſecutus. Optimus ille, qui lecta Antonij vita: Amicus inquit Dei ſi voluero, ecce nunc fio, & hoc ex hora hac, in hoc loco aggredior, ſimulque mentem à MUNDO, cui

ſervie-

ſervierat, exuit. Hunc præclarum auſum, ſi quoties à Dei ſuggeſtione revertimur, imitaremur, nunquam illud toties audiretur, ô utinam, ô ſi. Quàm intricata ſunt, & perplexa, quæ MUNDUS jubet, & interdum ſine manuductore conamur nos expedire, atque ei ſatisfacere. Quæ Deus animæ noſtræ in ſe reflexæ, & à terrenis abſtractæ, dictat, rectiſſima & ſimpliciſſima ſunt, & tamen metuimus ne nos involuant & erroribus implicent. Odit MUNDUS ſuos, odiat & Chriſtianum, ridet ſuos, rideat & Chriſtianum; ſpoliat ſuas, ſpoliet & Chriſtianum, & quoquo modo ſuis non parcit, à Chriſtiano etiam non abſtineat: ſi nullo modo effugere poſſumus, ſtemus ab eorũ partibus, quorum damna à MUNDO illata, beneficiis Divinis abundantiſſimè exæquantur, quibusque hoc quicquid eſt odij, riſus, injuriæque in lucrum cedit. *Indocilis* illa anima, quæ cum ſæpè Deum interroget, ſæpe audiat, nihil DIVINI retinet, ac cum piorum applauſu, impiorumque fremitu in clarum ſolis lumen fortiter producit.

In-

XLV.
Infinitus.

BEnè ageretur cum humano gen- re, si ipsum sibi dona divinitus c- cessa, non invideret, vel impediret, v- propelleret penitus. fecit enim De- hominem culturæ capacem, & reru- *infinitatem* proposuit, in qua exerce- & summam voluptatem capere posse. Nunc cum multorum laboribus & i- dustriâ, à Supremo numine adjutis, i- gens rerum varietas congesta sit, m- rum est, quàm ineptè eam tractemu- quàm alij eam diripiant, alij confun- dant, alij conculcent, alij contaminen- alij prætereant, alij inscendant, alij si- vindicent, alij dissecent, alij corrum- pant, & quovis modò iniquè habeant. Quæ etiam ratio est, cur minus Chri- stiano, hæc humani ingenij moles fia- cum minus ad publicum usum, tran- quillitatem, culturamque faciat, sed in- digesta magnitudine Orbem imple- potius, & impediat quàm ornet, quæ - recto judicio, ac regulis Christianis de-

cente

ēter efformaretur, nullo dubio Chaos
ſſe deſineret, & in pulcherrimum, ac
rnatiſſimum terræ templum, elegan-
iarum pleniſſimum, deſineret. Non
nim ſpecies deſunt, & materia, omnis-
que ſtructuræ apparatus; nec operarij
eſunt maximo numero; ſed Archite-
cti, qui dum delineationibus occupan-
ur, & inter ſe diſſentiunt, tempus per-
lunt. Magnificus, me Chriſte, auſus,
& Monarchâ dignus, diſperſa per or-
bem Dei dona, & ingeniorum ſubli-
niorum fœtus, ſub unum imperium
ogere, atque inter ſe ita connectere,
it *opus unum* conſpicuum, orbisque
breviarium efficiant. Sed hæc intra vo-
a ſubſiſtunt, ut ſomnia potius, quam
onſilia videri poſſint: Itaque Chriſtia-
nus tacitus *ſpectator* obambulat, & ex
anta operarum diverſitate, & tanta
nateriarum nobilitate, & tanto forma-
um artificio, ſed etiam ex delineatio-
num genio, voluptatem ingentem ca-
pit, & Deo humani generis patrono
gratias agit.

Inter

Inter hæc dubitat, velitne *uni* alicu
ex præſtantioribus artificibus aſſide
& omnes induſtriæ ſuæ ſinus evolu
re; an *per omnes*, oculos non vagos, ſ
attentos, & cum mora circumferr
utrumq; ſanè Dei admirationem ſu
peditat, cum ſingulæ ſpecies Creat
rem ſuum & agnoſcant, & laudent,
referant; hoc tamen hujus terræ hoſp
ti convenientius videtur, qui nõ uni
urbis omnia particularia, ſed q à
plurium ſingularia contemplari, an
mo concupivit. Opus autem eſt *aur*
cathena, qua nexus rerum humana
rum, & inter ſe combinationes agn
ſcat, nec in diverſis ſpeciebus ſe volu
tet, ſed decenti ordine ab una ad alt
ram tranſeat, & ad rerum capita ſubin
de redeat, illucque contemplationem
referat. Ut primum enim centrum
ſuum reliquerit ex oculis, aut eo uſqu
fuerit progreſſus, ut contingere id dex
tra ſua non poſſit, errabit in hoc Mun
di labyrintho, nec ſe facilè unquam, ni
ſi ab ipſo Deo reductus, explicabi
Unde *tutior* etiam eſt, unius alicuju

art

tificij intuitus, si is non in admiratio-
nem & idolatriam abeat; plurium ve-
ro *nobilior*, & cordatior, sed si caput
non impleat, aut turbet. Solet enim
orbis hujus dissonantia, multos con-
fundere, quibus concordantiæ in pro-
patulo non sunt, ut dum dubitare ubi-
que datur, decernere tandem vix li-
ceat. Christianus verò, cui nunquam
hoc universum majoris fit, quam Deus
voluit, hæc temporis fallimenta ad-
mittit quidem, sed in animum non in-
tromittit; placent, sed non capiunt; in-
vitant, sed non possident. Ille enim
velut in aliena domo elegantis pictu-
ræ, sculpturæque tabulas oculis deli-
bat, & probat; non verò eas secum
aufert, vel impotentis animi desi-
derio post se ægrè re-
linquit.

Scien-

XLVI.

Scientia.

EX ijs qui modestissimè sunt Philo-sophati, Socrates Christianis pro-pinquior est, cujus vel hoc axioma, quo *se unum id scire, quod nihil sciat* professus est, laudem inveniat. Non est, credite, hominis imperiti, aut dissi-mulantis confessio, sed viri, cui ex o-mnibus jam eluctari, omnia penetras-se, omnia examinare datum est, inge-nuitas; qua rerum omnium caliginem, inanitatem, & dubia agnoscit. Reperit itaque vanum Deorum cultum, absur-dum Tyrannidis imperium, stulto-hominum motus, turpes vulgi mores, frivolam Philosophorū loquacitatem, & sanandis iis infelix Medicus obam-bulavit. Christianus *verè scit se nihil scire*, nisi quid spiritus sacer doceat, quod omninò solidissimum est. Nec autem opus habet hic doctor ingenio subtili, sed tractabili; nec tempore sem-per opus habet, sed uno momento si ita videatur, discipulum suum implet.

Subit-

ubitò *alij*, permulti facti ſunt, dum ali-
ui ſub mora erudiuntur. Illud tamen
olendum, poſſe aliquos hanc inſtitu-
ionem dediſcere, & divina hac ſchola
xcidere. nam quos Mundus flagitio-
um cathenis abripit, valere hi jubent
piritus chariſmata, & vitiorum ludos
requentant, qui ſi Pœnitentiæ flagel-
is redire cogantur, quàm tremunt,
uàm delictorum piget ac pudet, & vi-
ices ſanè nunquam effugiunt, ſanieq;
nde profluente carent. Usque adeò
erditæ naturæ ſumus, ut cum nos ni-
il ſcire agnoſcamus, etiam nihil diſce-
e velimus; uſque adeo malitioſi, ut
eſſima quæque apprehendamus, ex-
oliamus, referamus, & docilitatem
maximam monſtremus; bona vero
entè, frigidè, ſtupidè, ſomnolenterque
udiamus, accipiamus, poſſideamus,
ractemus, atque omninò ad malum
natos, ad bonum adactos nos eſſe o-
ſtendamus.

Rectè faciunt qui Veritatem Chri-
ſtianam & maximè quidem ex veri
fonte Chriſto hauriunt, & *rivulos* ta-
men

men per univerſum orbem diſperſo
Chriſtiana ſagacitate indagant; adeò
verum à falſo ſive fabulis quaſi rep
tunt ac vindicant. Ea enim eſt huju
univerſi de Chriſto, eiusque Evange
lio unanimis confeſſio, ea *orbis conco*
dantia, ut ne denſiſſimæ quidem ne
bulæ, & portentoſæ fabulæ, ſatis obte
gere veritatis radios poſſint, quin al
cubi penetrent, Mundique ſapientia
ſi eam rigidè excutias, plagij accuſen
non enim, ut quidam ait, exiit verbum
veritatis ex ore ſapientum huius mun
di, quod non quadret cum lege Chri
ſtiana, hoc eſt Chriſti & Apoſtolorum
doctrinâ Evangelicâ, ut inviti etiam te
ſtimonium conferre cogantur. Hinc
Alcoran, Talmud, Metamorphoſes, O
racula, & ſimilia impietatis monſtra
dum longè aliud agere videntur, inte
opaca ſua veritatem non cohibent, ſe
illuſtri radiatione hinc inde emittun
quam Chriſtianus facilè dignoſcit, &
ad ſe, ſuumque Chriſtum pertinere aſ
ſeverat. Idem de noſtri temporis hære
ſibus dicere poſſemus, quæ quicqui

ſe in

e invicem mordeant & lacerent, in
ermultis tamen talibus conveniunt,
uæ Christiano accepta sint, ac fidem
i Deum confirment. Interdum diver-
i corda eadem verba sonant, quod no-
ium; interdum diversa verba in uno
oncordant, quod in rem Christiani fa-
it; nihil tamen unquam Divino verbo
rius, potiusque sit, quod quisquis in-
a se audit, inter Mundanos & Divi-
os, inter Gentes & Christianos, inter
rthodoxos & heterodoxos, optimè &
odestissime discriminat.

XLVII.

Sapientia.

Rerum humanarum Regina *Sa-
pientia* est, quam nemo felicius
isi sapientum Rex Salomon descri-
serit. Ait enim eam rerum habere co-
nitionem verissimam, scire mundi
atus, & elementorum effectiones.
Novisse principium, finem, & medium
emporum, solstitiorum vicissitudines,
c tempestatum mutationes; annorum
rbes, & siderũ situs; naturas animan-

tium, & beſtiarum animos, & vento-
rum impetus, & ratiocinationes ho-
minum, & ſtirpium differentias, & ra-
dium vires: denique quæcunque ve
occulta ſint, vel aperta ſapere, utpote
ab omnium opifice edoctam. Inde in
eſſe in ea *ſpiritum* ſagacem, ſanctum
unigenum, multiplicem, ſubtilem, agi-
lem, expeditum, incontaminatum, cla-
rum, innoxium, boni ſtudioſum, acu-
tum, ineluctabilem, beneficum, huma-
num, fixum, firmum, ſecurum, omni-
potentem, omnia contemplantem, &
omnes mentis puros, tenuesque ſpiri-
tus obeuntem: quovis motu mobilio-
rem, omnia præ puritate penetrãtem.
Quippe vaporem eſſe quendam divi-
næ potentiæ, & ſinceram gloriæ omni-
potentis effluentiam, quo fiat ut nihil
in eã cadat polluti: lucis æternæ ſplen-
dorem & intaminatum actionis De
ſpeculum, & imaginem bonitatis eius
Et cum una ſit omnia poſſe, & in ſeipſ
permanentem omnia renovare, & pe
ſecula in ſanctas animas migrare, De
amicos & vates efficere. nec enim
quic

quicquam amare Deum, nisi Sapientiæ contubernalem. Sole namque speciosiorem esse, & omnem siderum cõpositionem superare, lucique comparatam, præstantiorem inveniri. si quidem illi succedat nox: at sapientiam nõ vincat improbitas, quin ea ab extremo ad extremum valentior pertingat, & cuncta probe administret. Quid inter hæc Christianus, nonnè exclamet: *Manda ô Deus, Deus meus hanc Sapientiam ex sacris cœlis, & à tuo glorioso solio; mitte eam ut mihi præstò laboret, intelligamq; quid sit tibi gratum.*

Quotiescunque Philosophorum vitæ in mentem veniũt, qui suarum opinionum professionem fecerunt, mirari subit, nihil tale in rempublica Christianorum hoc tepore tentari, quo maxime *Christiano philosopho* indigeremus. Non talem volumus, qui vel Aristotelem, vel Platonem anxiè sectetur, & ad horum regulas omnem sciendi agendique modum definiat, nec etiam qui in nonnullis Verbo Dei cedat, de reliquo totus gentilium ratiocina-

tionibus immersus: sed humani gene-
ris aliquem medicum, sive quod de So-
crate dicebatur lenonem, qui vario S-
Spiritus dictamine humanos errore-
noscat, protrahat, sanet, & melioribu-
moribus commutet, cujus certè usu-
præclarissimus esse posset. Nam cum
paucissimi suos morbos, nævosque vi-
deant, & sub adulationum involucro
vel conniventiæ silentio, vel consue-
tudinum occupatione, vel tyrannidi-
violentiâ, omnia *Veritati* adversum-
eant; opus foret *Christiano Philosopho*
qui hanc in se curam susciperet, ut qua-
commodissimè, ac insigni artificio ho-
mines, rerum commonefaceret, qua-
ipsi minimè animadvertunt, aut earum
enormitatem non agnoscunt. Idque
aliud agendo faciendum foret, cum ea
sit humani generis impatientia, ut vix
ferat duriorem vel rigidiorem Medi-
cum, sed molli brachio velit curari, &
sanari quasi per ludibrium. Quod si
quis quærat, cujus jussu vel conductu
id facturus sit Philosophus, næ ille se
stolidissimum fatebitur. Nam ad id na-
ti vo-

ti vocatique ſumus omnes, ut nos mutuo juvaremus, quod nullibi certius & evidentiore neceſſitate fieri poſſe, quam *Veritatis* profeſſione & opinionum medela, nemo ſanæ mentis negabit. Chriſtianus hanc provinciam à ſe alienam neutiquam, ſed maximè propriam agnoſcit, neque magis homines conducentes expectat, quam Deum vocantem, & injungentem audit.

XLVIII.

Ratio.

GLobus terrenus cum *rationi* humanæ pareat, maximè tamen irrationabiliter regitur, cumque homo ratione ſuâ plurimum ſibi placeat, atq; adeò haud rarò ſe Deo opponat, dici tamen vix poteſt, quam ſine ratione ſua omnia confundat. Nam ſi quis imperiorum nexus, ſi hominum tentamina, motus, vota, labores, honores, imò omnem mundi gloriam penitius intueatur, nihil omnino *rationis* reperit, ſed vel *vi*, vel *fraude*, vel *conventione*, vel

casu omnia cōstare liquido deprehen-
det. Illa ipsa, quæ sapientiæ & pruden-
tiæ famam, sive verius strepitum ha-
bent, si examinentur ad veram ratio-
nem, lucem non ferunt, sed caliginem
quam primum appetunt; quin immò ra-
tio nostra vix unquam rationem ha-
bet, ut omninò nihil hic solidi expe-
ctes. Christianus hoc apud se indefi-
nenter ingeminat, Cur hoc facio, hoc
dico, hoc volo, hoc vito, hoc recuso? cur
Mundus hoc agit? Deo repugnat, Sata-
næ credit, & hujusmodi, quæ vel sola
interrogatione Vanitatem pudefaciūt,
& erroris convincunt. Cur enim dives
sit pecuniosus? cur eruditus, literator?
cur honoratus, thraso? cur beatus, epu-
lo? cur sapiens, loquax? cur imperator,
piger? cur vates, somniator? cur arti-
fex, gesticulator? cur eminens, cyclops?
& tamen hæc quotidiana nostra sunt,
his absurditatibus Mundus constat &
repletus est. Ne tamen insanire videa-
tur, in Deum curiosus est. Cur mun-
dum non citius crearit? cur hominem
labilem fecerit? cur non nisi filij cruore
libe-

liberarit? cur non omnes ſalvet? cur, & quis currucarum curioſam impietatem omnem enumeret, à qua tã Chriſtianus ſolicitè abſtinet, quam in Mundi rationes ſive verius oberrationes ſcrupuloſè inquirit.

Nihil terræ æque noxium contigit, quam *lingua*, verſatile monſtrum, & in omnes ſpecies ſe transformare doctum. lingua humana quæcunque in mentem veniunt ait, negat, aſtruit, deſtruit, perſuadet, diſſuadet, tantâ undiq; apparentiâ, tantâ efficaciâ, ut niſi aheneus ſit Chriſtianus, in ſententiam pertrahat. Huic debemus omnem noſtræ Tragœdiæ actionem; nam ut quemq; inſtruit, ita is verba facit, & geſtus ſuos componit. Lingua Aularum luxum tuetur, lingua Peripati jactantiam commendat, lingua vulgi intemperiem excuſat, lingua optimatum vanitatem fovet, lingua in omnes, niſi Chriſtianũ, habet imperium. Agnoſcit is ſanè linguam beneficum epiſtomium, quo *Hebræi, Græci, Latiniq;* liquores ac fontes ad nos derivantur, quibus vitalitas

omnis & vera immortalitas conserva-tur, sed ut nullo moderamine aquas suas spargat, & obvios quosque per ludibrium madefaciat, id verò Christianus non permittit. Nam ut inexhaustæ sint scaturigines, tamen nisi in rei Christianæ usum profundi nolunt, & ab impuris lotionibus summoperè abhorrent. Lingua Christiani *palma* est, non hasta; *olea* est, nō gladius; *oleū* est, non acetum; *lac*, non cicuta. ita hoc salubri organo sanantur multi vulnerantur nulli: emolliuntur multi, irritantur nulli, consolantur multi, terrentur nulli; conciliantur multi, dividuntur nulli. atque omninò linguæ Christianæ ministerio procurantur Dei laudes, formantur hominum mores, poliuntur ingenij artes, exprimitur spiritus disciplina, cōvincitur Mundi impostura, propagatur Christi gloria.

XLIX.

Immutabilis.

INterest reipublicæ Christianæ non tantum optimis verbis erudiri, sed

etiam

etiam laudabilibus *exemplis* firmari. Tale aliquod Christianus est, immobilitatis præclarum specimen, quod nulla vel violentia, vel persuasione loco emovetur. *Immutabilis* quippe est, quisquis serio Deum induit, neque enim optabilius quicquam videt, aut reperit, quàm quod jam ex Deo didicit. In hoc subsistit, huic basi innititur, quicquid faciat mundus, dicat; minetur, blandiatur; cogat, persuadeat; imperet, oret; nihil à tali Christiano impetrat. Nemo credat tales esse posse, nisi fuissent, & Mundus ipse cum *indignatione* testetur. quoties enim mortis varia genera Christia*nis* illata enumerat, toties victores suos immutabiles sibi exprobrat. hic demum *terminus* Christianus est, *cedere nulli malo*, & vitâ potius excedere, quam veri, bonique assensu. Sed paucos, eheu paucos hodie hujusmodi reperias, qui cum Elia se integro regno opponant; aut cum Danielis sociis inter omnes pronos, stent erecti, & clibanum expectent. Nihil enim acõmmodatione hodie frequen-

tius, nihil ſimulatione & diſſimulati-
ne uſitatius. Ubicunque *aquilo* flat
mnes ſe inclinant; etiam quos fidei c
lumnas credidimus, imò qui ſeren
tempore tales ſeſe magno hiatu jac
tarunt. Cedit prætor, cedit ſenator, c
dit antiſtes, ecquid de plebe expect
ſolidi? quamvis revera inter obſcur
citius reperias, qui Baali genu nullu
inflectunt, quàm eminentes & clar
O conſtantes hos, ô leves illos; ô uti
hos, ô pernicioſos illos, quos *lapis m*
laris ad collum ſuſpenſus, quam aur
torquis, aut Mundanæ gratiæ ſymbo
magis deceret. Da ô Deus amare i
mobiles, quantumvis abjectos; da
hil offendi mutabilibus, utcunque el
vatis; da Deus tibi *ſtare, optare, tenta*
præſtare, perſeverare.

Quid faciat Chriſtianus ſi *tyranni*
iniquitas *Patriæ jura*, maximè verò
ligionis libertatem, contra fidem & l
ges evertat, & innocentibus exiliu
indicat, an cedat ſi publicæ ſalutis r
agatur, cui ille connexus, & libidina
in conſilij & mentis inopes ſinat? E
qu

quis Deus hanc legem tulit, ut quod unus opinatur, omnes credant, aut Patrio solo exeant: quos unus interemtos vult, omnes jugulum præbeant: quod omnibus Deus distribuit, ab unius arbitrio pendeat. Nihil horum Deo in mentem venit, vel permittere uni, vel imponere omnibus; humanæ cum malitiæ; tum stoliditatis est, talia sub religionis metu exigere. Commisit Deus imperantibus concreditorum curam, salutem, conservationem, tutelam, non ipsos subjecit; aut sanguinem, opesque tradidit; ne dum liberrimam mentem servire voluit. Hæc animi generositas *Machabæos* quondam excitavit, ut Antiochi immanitati se opponerent: hæc *Helvetios* ab immiti jugo liberavit: hæc recentissimo exemplo *Belgas* in integrum restituit. Sed omninò à carnis mixtura hic sedulo cavendum est, ne dum Religionis aut libertatis causam prætendimus, nostram agere deprehendamur, quod multis fuit exitio. Deus puros, simplicesque fines vult, ac ad eos, integerrima & rectissima me-

diæ deducere. Omnia patientiâ & summâ humanitate condiantur, ne quid rebellionis, quam exosam habet Deus, redoleant. Qui secus faxit cadet, & spe sua excidet, non minus tamen per innocentiores alios suum negotiũ Deus continuat, & admirandis rotationibus tandem absoluit. Interim Christianus timidè credit sed fortiter agit; ægrè accedit, sed pertinaciter prosequitur; invitus se opponit, sed animosè & solidè, si omninò ita velle Deum videat, *resistit*.

L.

Pauperies.

CHristianus ut omninò se Mundo retrogadum exhibeat, præ omnibus thesauris *pauperiem* eligit. Non hanc equidem, quæ rebus omnibus vel careat, vel indigeat, sed quæ hominem ipsum in cõspectu Dei extenuat. Hæc sub coronâ & sceptris esse potest, ac inter ingentes thesauros, Est enim *Spiritus tantum pauperies*, sive annihilatio, ubi Christianus omninò à Dei mise-

misericordia dependet. nihil suum, imò se *nihilum* ipse, agnoscit. Hanc Germani nostri quondam vocarunt. Die Gelassenheit / qua se homo totum Deo tradat, ut eo velut suâ quisque manu utatur, nullâ motus proprij agnitione, æstimatione, passione aut affectu. Scilicet ut membra nostra nesciũt quid agant, sed animæ imperio parent, vident, audiunt, tangunt, nec vel invita id faciunt, vel gloriosula. Ita qui hoc à se impetret, ut nec Cœlorum amore, nec gehennæ metu, Deo liberè, ac ut creatori suo obsecundet, nihil propriæ voluntatis aut amoris agnoscat aut sentiat, is verè seipsum *liquit*, & humanæ carnis symptomata transcendit. Id tamen idea potius perfectionis est, quam ulli mortalium proximè conveniat, eò tamen Christiano servit, ut suas imperfectiones facilius agnoscat, & ad perfectiora omni nisu & conatu contendat. Est enim hæc pauperies summa opulentia, qua nos ab omnibus, quæ infra animæ nobilitatem sunt, abstrahimus & elevamus, ut nobilissimum, opti-

mumque aliquid amemus & possideamus. Id verò Deus est, tantò dignior hominis summo amore, quātò omnes creaturæ sunt indigniores. Ab uno enim omnia, & ad unum omnia redire oportet, nihilque binario æquè invisum est Deo, vel dimidiato. Totum, integrumque hominem, ac nulli vel in cœlo, vel extra cœlum obnoxium sibi poscit, quod Germana devotio sub Dei persona eleganter expressit: Entweder gar mein, oder laß gar sein.

Nihil hodie minus indiget *mendicantibus*, nihil iis magis eget: nam ut victu ac voluptate etiam abundent, Deo tamen, religione, honestate, omnique rationabili vita carent. Nostrum hoc enorme vitium est, qui ne indigentes pascere, aut dissolutos cohercere cogamur, tandem ad hoc sceleratum vitæ genus adigimus, in quo sub mendicitatis tristi palliolo, ab omnibus humanis, divinisque legibus soluuntur. Sunt enim hîc idolomaniæ, veneficia, latrocinia, vagæ libidines, furta, blasphemiæ, inertia, comessationes, & quæ-

cunque

cunque nullibi impunè grassantur, hîc ex publica & privata stipe aluntur. O malitiam humani generis, quod sub miserabili hac larva reperit, quo ab *omni bono rectoq;* velut ex professo liberetur, & alienos sive labores, sive parsimoniam, sive divitias depascat, & condolentiæ Christianæ intercessione, eliciat. Itaque permagni interest Reipub. Christianæ hoc hominum genus flagitiosissimum corrigere; cæteris vero ne ad id unquam admittantur, Christiana cura & liberalitate cavere. Quæ autem iniquitas est prodigos, & dissolutos, ad extremam usque profusionem juvare; evacuatos pellere. Quin id agimus, ne quisquam possit vel ausit; quod rem familiarem evertat; indigentibus verò nihil necessarium desit. Sed hæc alij curanto, Christianus *per Deum exoratus*, facilè cœcutit, nec alienam nequitiam suæ illiberalitatis operculum facit. Si omnes sumptus vel impensas nostras, ea rigiditate examinaremus, qua pauperum stipem, multum detraheremus, multumque revocaremus. In pietatis

causis

causis omnes oculati & arguti esse volumus, in vanitatis expensis, simplicitatem & incogitantiam obtendimus. Ubi sunt isti quos Christus prandium cœnamve facturos non vocare amicos, nec fratres, nec cognatos, nec vicinos, nec divites jussit, ne illi vicissim invitent, & referatur gratia; sed pauperes, mutilos, claudos, cæcos vocare monuit, ut felix sit quem remunerari nequeāt. *id enim in resurrectione justorum, reddendum.*

LI.

Deus.

VEnimus tandem ad ipsum justitiæ, misericordiæ, & potentiæ solium, iride circundatum, aspectu smaragdum referens, ipsumque in eo sedentem jaspidi gemmæ, & sardio similem, qui Α & Ω, nomenque habet *Regum Rex, & dominorum Dominus.* hunc ambiunt millies centena millia, & decies centena millia Angelorum, & viginti quatuor senatorum coronatorū, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus*

Sabaoth, ſine intermiſſione conclamantium. Nihil hic faciunt humani oculi, nihil aures, nec cor etiam, omnia hominem exuperant. Itaque procumbere & adorare decet, deſcribere non licet. Tantum ſcimus quantum verbo ſuo nobis patefecit, optimum, maximum, juſtiſſimum, clementiſſimum, potentiſſimum, principium & finem, primum & ultimum. Quæ cum Moſe, Paulo, Johanne & ſanctis aliis communicavit, ne ipſi quidem exprimere potuerunt, nec nobis in hac vita debentur. Cernimus enim nunc per ſpeculũ in ænigmate, tunc autem facie ad faciem; nunc agnoſcimus ex parte, tunc verò cognoſcemus, quemadmodum cogniti ſumus. Satis Deum novit, qui Deum amat; ſatis Deum audit, qui Deũ ſequitur; ſatis Deum habet, qui Deum experitur. *O Iehova, Iehova Deus miſericors & exorabilis, ad iram tardus, ad clementiam & auxilium propenſus, qui clementiâ in mille uſq; uteris; vitia, & peccata, & delicta condonans: in pœna autem irroganda parentum culpam in*

natos

natos & nepotes, ad tertiam & qua-
tam stirpem persequeris, ob filij tui JESU
CHRISTI *innoxium cruorem, & im-*
mensam nobis testatam charitatem MI-
SERERE NOSTRI: *ob gloriam nomi-*
nis tui, & majestatem MISERERE NO-
STRI.

Qui *revelationes* à Deo expetunt, & oculos Divinitatis contemplatione pa-scere volunt, nihil Christianæ simpli-citatis & humilitatis sapiunt. Nũquam Deus suis abest, *coniurantibus* nunquam adest. Usque adeò sibi placet homo, ut se etiam receptum, redemtum, renatum, reformatumq́ue nolit, nisi simul ad in-solita & inusitata admittatur: usq; adeò intumescit Pseudochristianus, ut futuri seculi ineffabilia jam dari, jam exhibe-ri sibi concupiscat. Hem miser homo, nonnè Satanam odoraris, Angeli fa-ciem mutuatum, & curiositatis huma-næ aciculas non sentis? Adeòne sor-det tibi verbi divini simplicitas, ut in-terpretem aliquem genium deposcas, qui arcanum sensum tibi enodet, & oc-cultata Ecclesiæ Dei, pandat? adeon

omnes

omnes confratres tuos sanctimoniâ superasti, ut *stultitia prædicationis* jam non ultra satisfaciat? adeonè præcepta Christi omnia adimplevisti, ut quid supersit cœlitus tibi mandandum, audire velis? miser homo inquam, quid agis, & quàm te *spirituali superbiâ*, sive ambitioso spiritu tuo ad infima deijcis, & Luciferum æmularis. Sic, sic, relabantur, quotquot sublimari in cœtu Christianorum, quotquot discipulorū Christi sortem trāscendere in animum temerariè inducunt. Habet Deus videntes suos, habet somniatores, habet prognosticos, habet divinitatis fulgura, & æternitatis prægustus; sed quæ omnia à suo arbitrio dependeant, & à nullo mortalium deposcantur. Sufficiat habere animum erectum, mores demissos; confidentiam summam, simplicitatem infimam, cor sonorum, linguam silentem; cōdolentiam mollem, patientiam duram; possessionem negligentem, servitium liberale; judiciū timidum, obsequium securum; preces,

servi-

fervidas, querelas tepentes; vires debi-
les, fidem invictam.

LII.

Ecclesia.

SUperest *Ecclesiæ* se includat Chri-
stianus, quæ utut per orbem di-
spersa, ac invisibilibus vinculis sacri
spiritus connexa, alicubi tamen hospi-
tia sua inhabitet, & Verbi divini puri-
tate, Sacramentorumque Liberalita-
se exerat. Cum hac credit, orat, labo-
rat, patitur, & sanctæ familiæ muni-
obit Christianus, pro hac opes, sangui-
nem, corpus profundit; hanc audit, ob-
servat, tuetur, & ad cœlos usque comi-
tatur. O augustissimum *chorum*, in quo
Patres, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli,
Doctores, Confessores justa & nihil
interrupta serie ad nos usq; Christum
consequuntur quocunque vadat, &
Halleluia resonant, salutem, gloriam,
honorem, & potestatem Domino Deo
nostro tribuunt. O *civitatem* Dei au-
ream puri vitri similem, cujus ex jaspi-
de muri, portæ ex duodecim unionibus
sunt

unt, cujus templum & lux Agnus eſt, ullius fani, aut Solis indiga. O *Societa-tem* ſacram & repurgatam, quæ non ert canes, veneficos, impudicos, homi-idas, deaſtricolas, & quicunque falſa mant atque faciunt. O *domum* illu-trem, ad cujus limen ſtare præſtat, uam orbis inhabitare palatia. O *ſeptũ* ecurum, quod infernali lupo, & ru-gienti Leoni inacceſſum eſt. O *arcem* munitiſſimam, & Davidicam turrim, propugnandi gratia conſtructam, mille clypeis, omnibusq́ue militum phare-tris ex ea dependentibus. Tibi ſe ſpon-det, tibi ſe tradit ô virgo, & ſponſa Dei, Chriſtianus, tibi labores & operam o-mnem addicit, tibi judicium omne in dicta factaq́ue ſua permittit, tibi fidem & integritatem ad ſupremum usq; ha-litum pollicetur. Tu ergò Chriſtianũ materno ſinu excipe, lacta, fove, corri-ge, erige, dirige, ſtimula, ac quod *abs te vehementer orat, Deo precibus tuis ar-dentiſsimis & efficacibus commenda.*

Gratias debet ingentes *Creatori* ſuo Chriſtianus, quod *hominem* naſci, & rationis

rationis participem fieri voluerit, cu
eodem jure ad brutorum & pecudu
ſortem fuiſſet detrudendus. dein qu
ex *ea gente* progigni conceſſerit, qu
jam à multis ſeculis *ſimplicis & re*
cuſtos, & ab impuritate, levitate & i
manitate aliarum terræ plagarum i
munis fuit, primáque *Antichriſti ju*
excuſſit. denique inter eos lucem ac
pere, & intueri permiſerit, qui *Chr*
ſtianum nomen agnoſcunt, & prof
tentur, atque à cunctis ſe gentibus h
nota ſeparant. Sed, ut rationis human
multiplex eſt abuſus; ac majorum e
iam fides & integritas langueſcit; inſu
per & Chriſtianum nomen ſcelera
multa cooperit, hoc demum *ingent*
beneficij agnoſcit Chriſtianus, eſſe Ec
cleſiæ ſepto incluſum, ac inter eos re
ceptum, qui *Evangelij* luce illuſtrat
gratiâ cooptati, præceptis eruditi, pro
feſſione animati, ſequela conſcripti, te
ſtimonio ſignati ſunt; quod ut infinit
Miſericordiæ divinæ ſignaculum eſt
ita Chriſtianum ſub quavis cruce ſola
tur, ſub quavis conditione confirma
ſub

sub quovis periculo animat, sub quovis ludibrio reficit, sub quavis mora optimè sperare, & fortissimè confidere jubet. Non ergò metuit, licet terra moveatur, & montes in medium mare transferantur, tantaq; tempestate turbentur maris undæ, ut ad ejus æstus montes contremiscant, cum Divinam tamen urbem, sacrum supremi domicilium, suus delectet amnis fluvij, quæ quia in ea versetur Deus, non commoveatur, Deo ei maturè succurrente. *Tumultuentur igitur gentes, regna concitentur, Deo vocem emittente tellus ipsa colliquescat. Iehova enim Zebaoth Christiano adest, Christiano munimento est Deus Iacobeorum.*

DEO GLORIA.

DE CHRISTIANI COSMOXENI GENITURA,


JUDICIUM.

Hieremiæ 10. cap.

Hæc dicit Dominus, Juxta vias Gentium nolite discere, & à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes.



Anno M DC XIX.





TOBIÆ HESSO VIRO RECTO CORDE AMIcissimo & exoptatissimo suo.




Erculis bivium literis celebre est, ejusq; dextrum iter Grammaticorum sibi quisq;, aut vocabulariorum vindicat. Ab iis quisquis latum unguem discedit, jam oberrare dicitur in altera Voluptatis via. Interea Christi via tota latet, & vel leniter producta, ridicula est. Scilicet, ineptiamus prius, tumultuemur, discurramus, post,

ubi cœlos ingredi necessum est, cœlic
meditemur. Tu aliter: & ob hæc ma
lè habes, ac infaustum Mundum, to
que risus nequam, patientiæ humer
sustines, cœlestium spe frangis, prec
bus, & recti conscientia, impugna
Itaq; & hæc, quæ curiosis minim
placere, tibi in Deo simplici, arrider
unice possunt, dicata, simulq; amor
tuo, integritati, ac memoriæ conse
crata sunto.

à tuo sincero fratre

Joh. Valent. Andreæ

Esai



Esaiæ 44. cap.

Ego Dominus faciens omnia, Cœlos extendo solus, & mea virtute terram expando, Irrita facio signa mendacium, & stultos, ac insanos reddo divinos: averto sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam reddo.

Idem 47. cap.

Stent quæso, & servent te contemplatores cœlorum, stellarum inspectores, quique nova prædicunt, unde nam; super te hæc veniant. En similes fuerunt stipulæ, ignis eos incendet &c.

Numeri 24.

Orietur stella ex Jacob, & surget sceptrum ex Israel, confringet proceres Moab, & diruet omnes filios Seth.

ETsi malo nostro lamentabili ita factum est, ut cœlum tam pulcrum ac aspectabile, quōdam Imperii nostri ingens portio, rector nobis, atque tortor impositus sit, & tam corpora nostra morbis infinitis affligat, quàm animos diversis erroribus, ambagibusq; exagitet: Tamen posteaquam Christus glorioso simul, ac salubri exortu, non tam astris ipse sese nequaquam subjecit, quam omnes eos, quotquot NOMINI ipsius nomen darent, illorum Imperio, tyrannidiq; penitus exemit, illi sanè quicunque ex his, aut metuunt cœlum, aut victas porrigunt manus, in Christum suum, & libertatem Christianam sunt injurij, qui vero etiam consulūt stellas, & ab iis de se judicium, vaticiniumq; exquirunt, blasphemi planè, ac intolerabiles.

Cum

Cum enim in Christo, non regulam tantum, ac regimen vitæ, sed solicitam etiam nostri curam, boni affluentiam, aversionem, fœlicitatis omnis summam, atq; compendium habere possimus, ecqua major committi posset indignitas, quàm quid de nobis factura sint aut decretura astra, quam futura propitia, interrogare, illis credere? & cum sub Christi tutela Satan, Mundus, Mors, Caro, cuncta adversa, ac hostilia contemnenda forent, abjectâ atq; impiâ curiositate, cœlestium corporum vires inquirere, Christi protectioni, & custodiæ diffidere, ac supremæ, quæ unis Christianis concessa est libertati, renunciare?

Mirum itaq; non est, si transfugas hos, & invictæ Christianæ arcis desertores, astra severè excipiant,

serviliter habeant, & ludificationibus variis exagitent. Sunt enim jam revera Martis, Mercurij, Saturni filij, vel potius mancipia, qui filij sive fratres Dei esse noluerunt, quibusq; Christus non satis fuit, ut vitam omnem à natali, ad mortem usq;, fœlicissimè, sapientissimè, saluberrimè dirigeret: sed arcanum cœli consilium explorandum fuit, ut ventura bona magna spe expectare, mala ingenti trepidatione metuere, denique potius cœlo, quam Christo accommodare sese possent.

Atqui Astrologia non tam ignorantiæ, incertitudinis, imposturis, latibulis, & effugijs plena scatet, quã persuasioni, opinionibusq;, ac aphorismis gentilium, ut plurimum innititur: sed etiam ipsa si posset de tali hominum genere, conquereretur,

qui

qui Imperium ei, quale non habet, affingunt, quale habet, crassa ignorantia denegant, nec voces quibus ea curiosos ad Christum remittit, exaudiunt, minus harmoniam, quam cum Christo habet, intelligunt, tandem nec sese ei, nec naturæ, nec rationi, nec Christo, accommodant.

Nobis quidem Astrologiæ judiciariæ notitia omnis abest, nec si pulsaret, unquam intromitteretur. Verùm qui cœlestia meditamur, & Astralia, non plane carere decet Astrologia omni, imo absq; ea esse Christiano haud licet, Sacrâ tamẽ, Divinâ *& Christianorum sublimitatis condignâ, quæ vana nec promittit, nec minatur, sed solida reipsa offert; non de futuris hallucinatur, nugatur, sed ea oculis nostris veluti præsentia opponit; quæ deniq; corporis nostri di-*

vinam crasin format, mores fingit, honores, opes, officia distribuit, denique ab ipsa morte, nos securos tranquillosque reddit.

Ludamus aliquantulum in Domini timore, & Astrologiæ falsa, cum Theologiæ veris, dubia cum certis, lubrica cum firmis, vana cum solidis, impia cum sanctis, ita committamus, ut productâ aliquantulum, ostensâque excellentiâ Christianâ, forideat servile ac puerile astrorum jugum, neque amplius eos, qui ad miseras Creaturas tam Nobilem Animam tam nobilitatum, magisque nobilitandum corpus, examinant, dijudicantque, feramus, denique omnes cogitationes nostras, tum studia etiam, & artes ad sublimiorem longè, diviniorem que contemplationem, conferre tentemus.

Noster itaque NATUS, *esto* CHRISTIA-

STIANUS COSMOXENUS, *ille quidem humanæ infirmitatis miseriæq; propago, sed commiserantis, & prævenientis* Gratiæ, nova & regenerata creatura, *tota præsentis tolerans, futuri studiosa. Terræ non hospes solummodò, sed mortuus, ac nulla sui parte accõmodus, monstrum veluti inter derisores sed* DEO *suo in delitijs, ac omnino talis, cujus vita nõ hic, sed alibi vivitur, qui gaudium suum nõ extra, sed intra gaudet, cujus scientia non foris, sed intus scitur, cujus voto nihil* MUNDO *magnum, celebre, sublime, streperum, delicatumve expetitur, sed qui iis solummodò satiatur, quæ præterea nemini satisfaciunt, scilicet absentibus, sperandis, credendis, & ut malignè improbi rident, imaginariis. Sed inspiciamus eum, per capita Astrologica.*



CAP. I.

De Domino Genituræ.

DE Genituræ, ſive domus dominio, duo inter ſe dimicant diverſiſſimi, ADAM & CHRISTUS, alter corporeus, ſpiritualis alter, ille piger, ſomnolentus, gravis, ineptus; hic alacris, vigilans, ſublimis, ſapiens. Uterque ſibi ædes totas petit, nec ferre alterum poteſt. Sed vincit CHRISTUS, votis, ſuſpiriis, & tentaminibus *Renati*, verùm non ita, ut nihil inſidiarum ab adverſa parte ipſi non ſubinde deturbandum veniat. Sed quotidianos ADAMI inſultus ita ſuſtinet, ne unquam ei tam dilectæ, ſelectæ ſacratæq; domus ſive Templi poſſeſſionem cedat, potius obturatis ſenſuum, appetituumque feneſtris, rimis, ac foraminibus, propugnaculum ſuum muni-

munitum magis, firmumquè reddat, & Satanæ, Mundoque, duobus aliis furiosissimis hostibus tutius opponat. Itaque prædominatur salutaris illa *Stellæ Iacob*, prædominatur *Iusticiæ Sol*, prædominatur *Lux ab alto*, reliquæ etsi maleficæ sint stellæ, nihilque vel boni præsagiant, vel dare possint, debiliores tamen sunt, & mille millenis testimoniis superantur.

CAP. II.

De Temperamento.

QUatuor sunt Adamaticæ prolis humores, Calidus qui iratos facit, superbos, tumultuarios. Humidus qui dissolutos, diffluentes, ventris mācipia & Voluptatis. Frigidus qui atheos, supinos, stupidos. Etsiccus qui avaros, infructiferos, inclementes. Nihil horum nec Christo, nec Christiano nostro convenit, nec ulla commixtione fit temperamentum *Renato* condignum. Itaque alios ei humores inesse oportet, eritquè nobis *Calor* Charitas.

devotio, malorum concoctio, vanitatis combuſtio. *Frigus*, conniventia, indulgentia, oblivio mali, ſimplicitas ſacra. *Humiditas* Verbi Dei irrigatio, liberalitatis rivuli, liquefacta in Deo anima, navigatio ad portum. *Siccitas* Crucis tolerantia, in mundo inſenſibilitas, ſoliditas, conſtantia, veritas, ex quibus temperamentum fiet *Imago Dei*, quæ tota voluntati, amori, honorique ſuis renunciat, & in Dei manus reſignat, Deum ſuum veluti ſpeculum repræſentat, ipſum ſpirat, ipſum ſapit, ipſum reſpicit, ei laborat, ei ſtudet, & in eo conquieſcit.

CAP. III.

De moribus, & ingenio.

INde de moribus facilè Judicium, erũt enim compoſiti, humiles, ſimplices, recti, ſed à conſuetudine hominum maximè abhorrentes: Unde nihil facilè admirabitur, niſi Chriſtum ſuum ſummum Miraculum. Et cum omnes homines amet, paucos & in iis

pauca

pauca laudabit, raró hominum gaudiis intererit, nec erunt in propatulo gaudia ipsius, sed intus cum Christo suo deliciabitur. Paupertatem non reformidabit. Infamiam non vindicabit. Muneribus publicis non se intrudet. Ad mortem non exhorrescet. Patebit autem omnibus, aderitque, ipse ab aliis nihil expectabit, nisi dilectionem, suũ aliorum erit, quæ aliorum sunt, sua nec erunt, nec concupiscet. Feret non feriet. Et inter hæc omnia plurimum silebit, plurimum secum erit, plurimum suspirabit. Ingenio autem erit in schola Christi docili, in conversatione columbino, in excubiis contra hostes serpentino, ad Mundi voces omninò surdo ac stupido, sed omnium maximè in detergendis expellendisquè sordibus à Patre *Adamo*, à Patria *Mundo*, à sorore *Carne* contractis, diligentissimo, perspicacissimo, laboriosissimo.

CAP.

CAP. IV.

De statura, forma & habitu Corporis.

ILla quidem communis omnibus excellentia est hominibus, erectũ, præter reliquorum animalium figuram, esse, tum Universi hujus fabricam quasi compendio repræsentare, ac ex creaturarum ferè omnium spoliis, Naturæ veluti tenacitatem abunde resarcire posse. Verum illud Christiano nostro verè uniceque gloriosissimum est, Christum suum eandem corporis formam, figuram, staturam, & indigentiam assumsisse, cum eo ambulasse, ad supremos cœlos sublatum, & ad Dei dexteram receptum esse. Suum verò corpus, nõ tantum qua auribus Deum loquentem exaudit, qua oculis Dei Magnalia intuetur, qua linguâ cum Deo colloquitur, eiusque est interpres, sed maximè qua *Corporis Divini* hospitium, sacrariumque est, cum tremore & adoratione admiratur, postea ita gubernat,

bernat, ut vel monoculum, mancum, claudum, cœlestibus promissis gaudiis potius inferat, quam integrum perniciosa mollitie, à tam ineffabili humanæ Carnis glorificatione, excludat.

CAP. V.

De Moribus, & utraque Valetudine.

Morbi hîc nulli sunt, dum Christus perfectus ille & fælix semper Medicus præsto est. Verum diætam ipsius & præscriptam curam trãsgredi, non morbo saltem exponit, sed morbus ipse est periculosissimus. Mũdi aër, mundi convictus, mundi contagium pestilentissima sunt, nec quenquam intactum imò non infectum relinquunt, quisquis à Christo suo egreditur. Domi se contineat, & cum animula cohabitet sua, quisquis ab hac peste, lepra, febrique tutus esse vult, nec uspiã Medicinã speret quisquis Christi antidotum negligit. Sanitas una Christus est, extra Christum meri morbi,

qui

qui homines ita in lectulis ſuis volu-
tant,exercent,& excarnificant. Itaque
Renatus noſter ſemper valet, ſemper
benè habet, nec tangunt morbi, qui
carnem flagellant, cutimque tantum
ſtringunt, & ut *Myrrha* ſalutaris à pu-
tredine reſervant,ipſum veræ conſtan-
tiæ,conſtantisque tolerantiæ, toleran-
tisque ſpei ac fiduciæ exemplar viri-
Laurea coronant.

CAP. VI.

De aliis corporis accidentibus, ut ca-ſu, ruina, carcere.

VIa qua ambulabit *Renatus* noſter
& arcta eſt, & ſalebroſa, ſpinis
ac ſcopulis obſita, vnde à ruina fre-
quenti, & pedum illiſione periculum.
Sed eſt qui erigat Chriſtus,quique tam
moleſtos primum ictus ita condiat, u
verè dulceſcant; itaque nihil eſt quod
à Mundo expectet boni, niſi quod ca-
lum tandem contrahit,& ad mala obr-
geſcit: Verùm in Chriſto omnia tuta
habebit, plana, jucunda, ſecura cuju

tute

tutela nuſpiam fortuitò impinget, ſemper cum commodo ſuo exercebitur, & proſtratus non derelinquetur. Carceris etiam minæ, quas Caro, Mundus, Sathan infauſtæ ſtellæ præſagiunt, & vincula, quæ quovis angulo inſidiabuntur nihil officient, nec continebunt diutius conſtrictum, ſed æquè ac ponderoſum oneroſumq; corpus *Animam* liberam & ætheream tandem emittet, ita illi vel inviti Chriſtianum à Chriſto liberatore ereptum, libertati priſtinæ, & auctiori reſtitui intuebuntur.

CAP. VII.

De Parentibus, Conſanguineis & agnatis.

EQuidem fatendum eſt, natum noſtrum prognatum viliſſimis parentibus eſſe, abjectiſſimis imò proſcriptis, Patre *Adamo* peccatore, matre *Terra* maledicta, vnde opes ei nullæ, nulla ſperanda Dignitas. Sed præſagit ei ſtella *Iacob* regiam adoptionem, patremque

tremque dat *Deum*, matrem Ecclesiam, inde non animæ tantum, à cœlesti ortu cum Deo cognatio, sed & corporis cum Christo consanguinitas. Huic familiæ insertus, totus infami origini suæ renunciat, adeoque ne quibus primi natalis reliquijs adoptionis gloriam commaculet, aut in faciem abhorrentis Patris Dei, producat, curat studiosè. Imo nunquam nisi Christi sui veste, tectus iuuolutusquè in conspectum cælestis prodit Patris. Tanta est sordidi Adami in cælesti Regia Christiq; regno ingrata præsentia, nausea, odium. Et hic fastus infima adhuc humilitas est, quo utinam superbiremus omnes, & tam infaustæ ab Adamo hæreditati renunciaremus elatissime.

CAP. VIII.

De Fratribus, sororibus, affinibus &c.

AB ijsdem diversis Patribus, duplex etiam fratrum sororumquè series, altera Iacobitica, Esauitica altera: ma-

a: magno utrinque numero, ſed Iaco-bitarum ſemper longè inferiore. Inter hos amor, concordia, inſtitutio, mutuum auxilium, conſilium, condolentia, indulgentia, & in Chriſto æqualitas. Inter illos fuci, furor, cædes, rapinæ, odium, calumniæ, diſcordiæ, ſuperbia, tituli, & inter ſe pudenda & ambitioſiſſima diſtinctio. Ibi frater fratrem ut cæleſtem colit, ut patrem aut inſtitutorem reſpicit, ut filium amat, ut hominem fert, & corrigit. Hîc frater fratrem ut Idolum adorat, frater fratrem ut brutum conculcat, mactat, ex cruciat, frater fratris carnes epulatur, ſudorem, & ſanguinem bibit. Itaque noſter Iacobitas tantum fratres agnoſcit, reliquos commiſeratur, ſed vitat, & quam maximè ab ijs cavet, & *Fraternitatem* eam quam *Ieſus* primus & ſupremus frater inſtituit, ſanctè, candidè & conſtanter colit, & cum reliquis membris *Unum*, *concors*, divinumquè *Corpus* conſtituit.

CAP.

CAP. IX.

De Amicis, socijs, & familiaribus.

AMicum habebit neminem, nisi eum qui ei omnia, *Christum*, reliqui quoquo sint affectu, nunquam ad veri amoris ascendunt perfectionem. Is renatum amat, docet, corrigit, fert, tandemquè ad Dei tribunal omni sua & aliena ope destitutum excusat, defendit, & fructuosa intercessione liberat, sed idem sibi veri amoris reciprocationem exigit, quæ parentum, liberorum, uxorum, amicorum possessionem, sed sui ipsius maximè amorem transcendat, & ignis, aquæ, laquei, ferri, tormentorum, tentaminumque omnium examen ferre possit. Socios sibi libenter adiunget, sed curriculi sacri socios, quibus cum devotione, ardorequè certabit, & in quos gtatiæ radios reflectet. Ipsi socij erunt precum, meditationum, laborum sacrorum, socij & condiscipuli Scholæ

Domi-

Dominicæ, ſocij tolerantiæ, firmitudinis, & contemtus mundani: non compotationum, conflictationum, diſcurſationum, luſus ac vanitatis. Familiaritas verò erit perquam exigua, ut quæ ſordium fert ſecum plurimum, & internam illam cum Chriſto & anima, imo ratione etiam naturali familiaritatem interturbat maximè.

CAP. X.

De Inimicis & Adverſariis.

INimicorum ubique ſatis, Nec ſi maximè Mundo ſerviat, tutus futurus. Mundus quibus maximè utitur, quos promptos habet, quosq; evehit, non tamen minus ridet, cavillatur, & inimicitiis exercet. Itaque glorioſum id tantum odium eſt, quod odio Chriſti in Chriſtianum derivatur. Quo minimè commovetur, deturbatur, ringitur, quod Dei dilectione largiter recompenſetur. Infeſtetur itaque licet Renatus noſter riſu, calumniis, mendaciis, increpationibus, minis, imprecationibus.

bus, verberibus, impedimentis, tormentis, tentationibus, nihil ipſum deiicit: ſed ad oſtenſam ſemel veritatem, monſtratumquè bonum per mille lividas linguas, mille malignas manus, mille ſatyricos, & ſarcaſticos calamos penetrat. Certus telum nullum tam durum Chriſtiani ſaxum diviſurum, omnia in emittentes reſultura. Nec imponet facilè hoſtis quiſquam ſimulato amore, dum Chriſtianus à recta directaquè via ſalutis oculos nuſquam deflectet, ſed quicquid non animam cœlumque reſipuerit, hoſtile arbitrabitur.

CAP. XI.

De Matrimonio.

MAtrimonij fœlicitas à Domino eſt, & fælicitatis humanæ punctum. Infœlicitas mors ſine morte, ac inferni præludium. Sed nos jam alia meditamur: ſacrum ſcilicet conjugium quod *Animæ* cum corpore; ſacratius quod *ſanitati fidei* cum *ſanctitate vitæ*,

ſed

ſed ſacratiſſimum quod *animæ ſponſæ*, cum *ſponſo Chriſto* eſt, ac intimæ conjunctionis vincula exigit. Vtrobique Maris ius, & Fœminæ debitum, quæ quiſquis confundit, cõcentũ iam ſolvit connubialis dulcedinis. Et verè diſcordia turbarum noſtrarum turbinũquè mater eſt, cum aut carnea tantum cogitamus, optamus, facimus, aut ſanctitatem noſtram ſcientiâ, opinione, artibusve metimur, aut ſpreto marito Chriſto, mœchos admittimus, ac cum maligni cordis noſtri Idolis adulteramur. Vno verbo, ubicunque divortium hoc habet locum, ibi miſeria, ubi cælibatus, ibi ſterilitas; ubi conjugium, ibi dos; primi, tranquillitas ſacra; ſecundi, adoptio beata; tertij, æternitas glorioſa. His fœlix Chriſtianus, non conjugium habet, ſed perpeuas nuptias.

CAP. XII.

De liberis & fæcunditate.

Fœcundum eſt hoc triplex matrimonium, & numeroſa prole cœlum implet. Filius primogenitus *Summum bonum*, dein filiæ, Iuſtificatio, & Beatitudo itidem primum natæ, Illis fratres ſunt atque ſorores univerſus virtutum humanarum, Chriſtianarum, divinarumque chorus, emicantquè inter mortales Auguſti, Fœlices, Fauſti, Friderici, Clementes, Vitales, Vincentij. Benigni, Liberij, Manſueti, Vigilij, Erhardi, Erneſti, Valentes, Magni, emicant Reginæ, Claræ, Prudentiæ, Veronicæ, Concordiæ, Simpliciæ, Dorotheæ, Theodoſiæ, Blandinæ, Priſcæ, Hilariæ, Maternæ, omnes tandem filij filiæque Dei, Regni Chriſti ſubditi, militiæque ſacræ milites, civitatis cæleſtis cives, æternorum bonorum hæredes. Hæ uvæ ſunt in vinea Domini hęc, deſideriorũ poma, bonæ arboris boni fructus ac Paradyſi divini

vini ornamenta, omnia, pulchella, odorifera, ſapida, ſalubria: Ettamen è cunctis quas mater gignit *Fides* filiabus, *Humilitas* ac *Liberalitas* Deo præ reliquis ſunt jucundiſſimæ, gratiſſimæ, ac honoratiſſimæ.

CAP. XIII.

De Famulitio.

SI quis forte neſciat quàm ampla Chriſtiano familia, quod famulitium ſplendidum, ſciat primum *Angelos* ſpiritus potentiſſimos ei aſtare, eum obſervare, & lætis applauſibus commoda ipſius proſequi. Inde univerſa *Natura* famulatur, & ad mandatum ſive voluntatem præſto eſt, ea ſuppeditat ingenio ejus inſtrumenta, & Deum aliquem in terris æmulari ſinit. Poſtea *Philoſophia* omnis ancillatur, artes omnes, & quæ laborioſe inventa ſunt ſerviunt: Quicquid reliquis mortalibus dominatur, hîc ſervit. Sed & *membra* ipſius ei ſerviunt, nec ita tumultuantur, luxuriant, aut evagan-

tur curiositate, sed sacrum quodlibet munus perficiunt. Oculi ne videant non videnda, Aures ne audiant non audienda, Lingua, ne loquatur non proferenda, Venter ne hauriat non concoquenda, Corpus universum ne admittat non admittenda. Denique *fratrum* etiam suorum manibus, ac promtitudine utitur, indeque junctis singulorum operibus, domus pacificum imperium constituitur.

CAP. XIV

De bestijs & brutis.

SOlent etiam de bestijs vaticinari Astrologi quas non præteribimus, hac in primis ætate, qua inter homines bestiarum plus est quam hominum, nec facile quisquam accensa meridie face hominem dignoscat. Cum bestijs itaque multum negotij erit Christiano. Vt quem modò hominem facies dixit, mox maledicum canem, lascivum hircum, impuram suem, imperitum & pigrum asinum, lividam ser-

pentem experiatur. Loquetur, sed non audietur, docebit, nihil discent, orabit nihil impetrabit. Pastus namque talium animalium est opinio, consuetudo, voluntas: sed venenum maximè, atque excrementum. Inter quæ ita deliciantur, ut quisquis obloquitur grunitus, latratus, ruditus, rugitusque referat. Christi vero grex ex ovibus est, quarum corpus innocens, ac simplex, imprimisque lana, lacte; fœtu & post mortem cute, carne, nervis utilissimum est, nec nisi lætis salubribusque verbi Divini pascuis reficietur. Inde ab ovibus Renato nostro commoda, nec ullum, nisi pastorale munus, erit terris cœloque ei conducibilius, scilicet quod Patriachale, Propheticum, Apostolicum, Christianum.

CAP. XV.

De Magisterio seu Professione.

ET quis tandem erit, qui tantopere Deo, Naturæque curæ? quo defungetur officio? Præclaro equidem;

ut primum enim lectus est à Deo, par atque dignus factus est, cui divina munera imponerentur. Non est cuiusvis, sed nec optimorum omnium, ita se ab omni Terreo abstrahere, avocareque, ut uni Deo vacet. Non cuiusvis, carere ijs posse, quibus alij indigent; gaudere in ijs, quæ alios contristant; sapere ea, quæ alijs apparent insipida. Itaq; *legatus* est Dei ad homines, qui errores eorum ijs denunciet. *Censor* qui inconvenientia notet cuncta, & increpet. *Vigil* hominum, qui ad mala eorum adventantia exclamet. *Medicus* qui ubique obambulans, huic venam secet, illi diætam præscribat, alteri stomachum aut cerebrum purget. Sed imprimis vitæ commodioris, rectioris tranquillioris, *exemplar*, quo homines insaniæ, suo corpore convincat. Et desinant inepti de Renato suspicari, eum futurum otiosum, aut omnino suum: Nam cui charitas pro officio est, nunquam otiabitur. Operario forte carebit Respub. aut opifice, sed habebit *Architectum*.

CAP.

CAP. XVI.

De Dignitatibus.

DIgnitates etiam ingentes ſunt: Primum *Rex* eſt. Nec Microcoſmum tantum ita regit, ne quid in eo injuſſu eius, aut clam, minus contra regni ſui leges committatur: Ne qua pæna malo, premium bono deſit, ne quis tumultus oboriatur, aut ſeditior: Sed & è magno Mundo, quicquid ei opus eſt, jure ſuo ſumit, fato ſuo & aſtris imperat, è ſublimi cæleſtiquè arce humana intuetur, ac deſpicit, nullis eorum motibus vel implicatur, vel commovetur. Poſtea *Iudex* eſt, & de cunctis quę ſunt, quæque fiunt liberrimè, dijudicat, non multitudine aliter ſentientium, non magnitudine, nec jactantia dimovetur: ſed æqua lance mala abijcit, bona in Theſauros ſuos refert. Denique *Sacerdos* eſt, cuius ſtola, Innocentia Chriſti; oblationes, preces; ſuaves odores, Charitatis ſpecimina, altare, proximus; Templum, cœtus Chriſtianus; ſanctũ

ſanctorum, animæ cum Chriſto cohabitatio: Quibus dignitatibus excelſus triumphabit æviternum.

CAP. XVII.

De Fortuna.

Ecquid Fortuna faciat, aut quid minetur, Homini immobili, & imperio omni, niſi Chriſti exempto? Nihil dedit, nihil auferet, & in ſuis colludere poteſt opibus, nunquã in Chriſtiani. Is ſua ita cuſtodit, ut ſua maneant, quæ aliena ſunt, & extra illum, Fortunæ ludibrio relinquit. Verum in Chriſto ſuo fortunatiſſim⁹ eſt, & quod reliqui infinitis vijs ambagibusq; quærunt *Summum bonum*, ipſe ſecurè poſſidet. Non aberit equidem Fortunæ malignitas, ſed eam purpurati metuant, non Chriſtianus, qui metuit nihil nec à Mundo boni quicquam, vel petit, vel expectat, qui nulla re alia, quam Chriſto habet opus. Unde dum alij Fortunæ donarijs ſe onerant, ac ornant: ipſe vel ſponte adjectis ſe exuit,

ne unquam

ne unquam amore illorum capiatur, & Fortunæ, ſeſe ſubmittat. Vivit ergo, non qui invitus hoc, aut perdat illud, his, illis, cum dolore indigeat, ſed qui quoquo momento univerſum Mundum, & tuguriolum ſuum corpus, alacri promtoque animo ſit derelicturus, & reddito mutuo, propria ac hæreditaria ingreſſurus.

CAP XVIII.

De Divitijs.

AUrum, nummi, gemmæ, lapides metalla, ſordes ſunt, nec condignas Renato noſtro divitias conſtituunt: quicquid etiam ab arte eſt, & ingenio fit, nondum ſatis facit: Imo infra herbas, ſtirpes, & animalia longe eſt. Unde neutrorum in Noſtro appetitus, minus admiratio, aut judiciũ, quo univerſus doctus pariter & indoctus laborat mundus. Illi opes aliæ ſunt atque ingentes, imò à creaturis omnibus & operum Divinorum multitudine Cenſus. Ij ſunt *Laus Dei*, ex-

cellentiæ humanæ testimonia, interior harmonia. Sed Thesaurus thesaurorum *Verbum Dei* est, cuius complexu quicquid orbis terrarum habet, pretiosi comprehenditur, in quo Machinæ totius sapientissimam structuram, rerum futurarũ præfigurationes, temporum admirandam harmoniam, & universum cum Christo concentum reperit. Verbum tonans, verbum seipsum probans, verbum sibi semper conveniens, verbum intus convincens, ac commovens suspicit & in eo deliciatur. Et quid ni dives sit, cuius Bibliotheca est Liber scripturæ, Liber vitæ, Liber conscientiæ, Liber naturæ, cuique Deus, Natura, ac Creaturæ omnes, opes suas communicant.

CAP. XIX.

De Itineribus.

TAntum hîc itinerum sese ostendunt, ut *Viator* verè futurus sit Christianus noster: sed nequaquam voluptuarius. Hospitia ubique intuta,

ta, molesta, morosa, & quæ plus quam ulli Caupones ungulati, nummis eius insidiabuntur. Tum à latronibus, prædonibus, furibus periculũ, qui quantum poterunt temporis, meditationis, precum, Christianique exercitij suffurabuntur, auferentvè. Ipsa via aspera erit, semita præceps, ac angusta, sed quam viæ Dux, ac Lux Christus reddet commodam, atque expeditam. Mare etiam Mundi huius tentabit, & periclitabitur creberrimè, sed ne naufragio quidem interibit, potius si id contingat, enatabit ad portum, & tot tentaminibus Cæli, terræ, aquæ, & ignis, semper victor superstes permanebit. Itineris etiam socij infideles erunt, & sub periculis deserent, vel ad devia provocabunt. Quascunque lustrabit gentes, quos mores notabit, omnes reperiet mundanos, & Mundum sibi uti ab initio erat, sibi ubiq;, similem, eius scilicet Monarcham Satanam, hospitem, vel exulem potius Christum.

CAP. XX.

De Insomnijs.

SED & insomnia sibi Astrologi vendicant, quanto potius Christianus noster, qui quod alij insomniū dicunt, Verbum sacrum habebit, voluntatis Divinæ internuncium. Dum reliqui dormitant, & stertunt in vanitate sua, nec nisi quas opinionum, consuetudinum, stultitiæ & malitiæ fumi faciunt, imagines somniant, Hic noster totus in providentia, protectione, & voluntate, mandatisque Dei, requiescit, dormit, ac revelato, Divino consilio ac in bonos, malosve explicato proposito delectatur. Nullæ illū de corpore suo, de bonis, aut machinamentis adversarijs curæ excitant. Vnum cor ad Deum vigilat, reliqua divino liquore inebriata, & consopita sunt, & vitæ hujus noctem ita transmittunt, placidè, ut nunquam vel tenebrarum subeant, horrores, vel spectrorum exagitationes experiantur, donec

donec tandem redeunte æternitatis aurora, redditoque pijs Iustitiæ sole Christo, expergefacta membra, nova & multiplicata alacritate ad officium redeant suum: Id est, perpetuæ quieti mobili, motuique quieto, motorique ejus Christo, sint gloriosa.

CAPVT VLTIMVM

De Morte.

MVndus hic ossuarium magnum est, ubi mortui inter mortuos degimus, imò inter vitæ veræ osores. Et quærimus adhuc mortem, ac de morte nostra querimur, quæ intra nos tamen est, & vel ipsa vitâ sive sanitate perimit. Quod enim vitæ nostræ accessisse credimus, id morti contulimus, & jam quæ modo præterijt vitæ hora emortua est. Qui trientem ætatis transegit, tertia sui parte mortuus est qui semissé semi mortuus. Sed aliter longè Christianus, qui mortem nullam metuit, nullam agnoscit, potius ad vitam è morte accedit, singulis

momentis propius. Itaque quod alijs formidolosum est, ac Mors, quodque sagacioribus vitæ miseræ finis, id ei est ad Vitam ad Libertatem, ad Fœlicitatem, ad Perfectionem conclamatio. Quam ille tam audit libenter vocem, quam ad eam percipiendam, excipiendamque vitam omnem composuit, corporis sui carcerem patienter sustinuit, res terrenas omnes alienas duxit, ac in punctum commodatas. Verùm alia ei dum vivit morte opus est, qua *Adam*, molestus, ac invlsus Deo interimitur omnis voluntas suffocatur, philautia occiditur. Nec vivere unquam poterit, nisi in alieno vivat, in suo emoriatur. Quod postremum est Christiani nostri, sed admirandum, atque gloriosum *Paradoxum*.

Hactenus de Christiano nostro Iudicium Theosophicum, id est, Hominis in his terris verè Hospitantis, & in cœlesti itinere promoventis Imago expressa: *sed quam sponte agnoscimus Cosmopolitis fore ridiculum. Sui enim perpetuùm, Christi, Mortis meminisse, ineptũ*

iis est

ius est, & præceptis Mundi è diametro oppositum, qui nihil nisi Famam, Opes, Vitam, Memoriam, Labores, Artes, Subtilitates, Splendorem, Titulos *inculcat, nuspiam ad Pietatis rectam simplicemquè, aut eam saltem, quam Philosophi quondam calcarunt viam, monstrator, dux, præcursor: Sed inverbis etiam optima consilia subsistunt, & subinde Mundi fabula, ac hystrionia renovatur. Itaque si Cosmoxenum nostrum quæras, nuspiam nisi scriptum aut pictū reperies, scilicet chartaceum, qui homines inclamat frustra, quippe surdos, nec nisi postquam hinc inde plus centies millies impegerint, vel tantillum ab incitato erroris cursu cohibendos. O Beatos quibus maturè effringuntur oculi, perforanturq; oppletæ aures, ut dexteriori fœliciorique inter bonum malumquè solidum & vanum, verum & falsum discrimine animadverso, in tutum se securum, pacificum, liberum ac lætum locum recipiant, ibidem reliqua vitæ puncta transmittant, non ad mortis usque ostium cani, deliri, ac erubescentes vanitatis*

nitatis

nitatis, erroris, miseriæ, turbarumquè internarum omnium sacinas adferant, deploratoquè infelicissimæ vitæ decursu, pauculos sibi adhuc emendationis, pænitentiæquè dies optent.

Sed desperata res est, nec cõsurgit quisquam, nisi quem Deus erigit, aut abÿcit onus, nisi à quo Deus aufert. Tanta Mundi infælicitas est, ut si hodie liberetur Antichristo, Mahomete, Mammona, Fama, Fortuna, Aristotele, una summa, vanitate, cras excitaturus sit novos, atque deteriores carnifices. Itaque nec quicquam inclamante Ratione, Naturâ, Philosophiâ, Theologiâ servitutis servi manebunt numerosi, Libertatis liberi semper erunt paucissimi, abjectissimi, ridiculi. Vnicæ ad rectam viam impetrandam commoditates supersunt, Parentum probitas, loci opportunitas, temporis fælicitas, educationis sedulitas, institutorum conscientia, piorum preces, occasionis devitatio, laboris assiduitas, ætatis maturitas, sed supra cuncta Crucis exercitium, quæ ita confringunt nostræ malitia Luxuriem, ut vel inviti tãdem, & sub

& sub jugo sapiamus, neque porro cum licentia, & cuiusvis mali copia, sed abstinendi necessitate conflictemur. Quæ & facilior est pugna, & victores nos citius relinquit.

Quisquis igitur, intra se eos sentit motus, ut Mundi actionumquè eius laboret nausea, iamquè ad sublimius exquisitiusquè de rebus studiisve mortalium Iudicium se sublatum intelligit: Primū beatum se credat, postea ad fœlicitatem maiorem admittendum, neque unquam amplius vel cœlorum motibus, vel astrorum aspectibus, vel terrarum revolutionibus vel hominum consuetudinibus, vel suis appetitibus, vel bestiarum moribus se submittat. Sed Christianismi privilegio ovans, ac triumphans in hæc cuncta Imperium non affectet tantum, sed iam ante à Christo oblatum apprehendat, ac tam fœlici (uti explicata est hactenus) Genitura utatur. Nemo enim nisi seipso & vanitate suâ est ligatus, nec miserius quisquam ac indignius servit, quam sibi singuli. Unde quam primum à nobismet fuerimus liberati, posteaquam

renunciaverimus libenter iis, quæ; nostra non sunt, nihil ultra superest, quod à Perfectæ Fælicitatis introitu nos poßit impedire.

Alij ergo alibi quærant, quod uspiam aut est revera boni, aut creditur, non tamen invenient, sed quærendo defatigabuntur, defatigati deplorabunt, deplorantes desperabunt, desperantes interibunt, nec malorum catenis sese extricabunt. Nos expeditius intra nos quietem, pacem, tranquillitatem, abundantiam, scientiam petemus, & impetrabimus facilime. Nobis cœlum erit Trinitas, Sol Christus, Luna Ecclesia, Planetæ Doctores, Astra Electorum chori, Motus primus Antiquitas, Motus secũdi temporum signa, Centrum verbum Dei, Ignis Fides, Aër suspiria & preces, Aqua nostri deliquium, Terra conatus, Dies anima, Nox Corpus, *quæ longè pluris nobis curæ erunt, quàm ingens illa in nostri ornamentum fabricata Machina: Quâ etiam Astrologiâ illud Mundo adversum, retrogradumque brevi impetrabi-*

trahimus, ut dum eius servi sciendo nesciunt, poßidendo indigent, quiescendo laborant, liberi serviunt, Nos nesciendo sciamus, agendo poßideamus, laborando quiescamus, serviendo simus mortalium Liberrimi.

FINIS.

